

Dat. die
27 Februarii
1807
anno V.

CCCLII.
Erectio in basilicam ecclesiae cathæ-
dralis Parisiensis.

Pius Episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. In supremo militantis Ec-
clesiæ solio, divina sic disponente
clementia constituti, ecclesiarum an-
tiquitate præsertim dignitate præ-
stantium decori, proprio officio apo-
stolicæ servitutis obstringimur liben-
ter intendimus, in easque ornand-
as, augendasque ministerii Nostri
conferimus auctoritatem, ut inde cun-
ctorum erga eas reverentia, et honor
accrescat, divinusque cultus, quod
Nobis unice esse propositum debet,
majora in dies accipiat incrementa.

Præstantia ec-
clesiæ Parisi-
ensis memo-
ratur.

§. 2. Inter eas autem præfulget
maxime ecclesia, media in Libetia
Parisiorum insula, nobili ac sumptuo-
so constructa opere, ac Deo in ho-
norem beatissimæ Virginis Deiparæ
sacra, quam tota Gallia, et Parisio-
rum in primis civitas patronam stu-
diosissime veneratur. Ea siquidem
pontificalis cathedræ honore, tertio
ut præfertur, ab Ecclesiæ sæculo cum
gaderet, a felicitis recordationis Gre-
gorio pp. XV. prædecessore Nostro
in metropolitanam erecta nova digni-
tatis accessione Sedis apostolicæ gra-
tia locupletata est. Novissime vero
cum post tot calamitates reddita, Deo
favente, Galliarum ecclesiis pace, nova
per Nos decreta fuerit Gallicanarum
diocesum circumscriptio, præfatæ ec-
clesiæ metropolis honorem integrum
servavimus, ipsique octo suffraganeas
ecclesias adsignavimus.

Pontificalia so-
lemni ritu in
ea celebrata.

§. 3. Insignem hanc, vetustissi-
mamque ecclesiam, cui etiam nunc
canonici, presbyteri, et clerici magno
numero inserviunt, in Parisiensi hac
Nostra plurium mensium commora-
tione semel, iterumque invisimus,
inibique Deo placationis hostiam so-
lemni etiam pontificali ritu obtulimus
præsentibus novem ex dilectis filiis
Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ car-
dinalibus, omnium fere Galliæ anti-
stitum choro, magnaue Gallicani
cleri parte circumsepti.

§. 4. Aucta igitur augustissimi
hujus templi majestate, capitulum,
et canonici se, suamque ecclesiam
mirifice illustratos sentientes, rationem
sibi metipsis oblatam fuisse existima-
runt, ut novis favoribus eandem ec-
clesiam per Nos augeri, amplifica-
rique curarent. Itaque ad perennan-
dam et itineris in Galliam Nostri, et
diuturnæ Nostræ in hac urbe com-
morationis memoriã, humiliter sup-
plicarunt Nobis, ut metropolitanam
Parisiensem ecclesiam quemadmodum
cum ecclesia sancti Nicolai de Tolent-
ino ditionis Nostræ actum est a fel-
icis recordationis Pio pp. VI. præ-
decessore Nostro in basilicam decla-
rarem.

Tenor concess-
ionis.

§. 5. Nos vero, cum ab antiquæ
consuetudinis observantia alienum non
sit, ut iis ecclesiis, quas Romanus
pontifex justis de causis ampliori con-
foverit benignitate, ac præ aliis du-
xerit honestandas, insignia honoris
adaugeantur, et plenioris gratiæ præ-
rogativa tribuatur, cupientes in pri-
mis, eo devotius, atque ferventius in
Parisiensi metropolitana ecclesia Deo
laudes exsolvi, quo per amplificati-
onem illius capitulum et canonici
majorem ab apostolica sede præemi-
nentiæ honorem, et gratiam fuerint
consequuti, ad honorem omnipoten-
tis Dei, et gloriosissimæ Virginis ve-
nerationem, cui præfata ecclesia spe-
cialiter dicata est, inque paternæ be-
nevolentia Nostræ erga capitulum,
et canonicos dictæ ecclesiæ argumen-
tum, eosdem capitulum, et canoni-
cos specialis gratiæ favore prosequi vo-
lentes, hujusmodi supplicationibus in-
clinati metropolitanam prædictam Pa-
risiensem in ecclesiam basilicam mi-
norem ad instar basilicarum mino-
rum urbis Nostræ, et ad formam quo-
que memoratæ concessionis ecclesiæ
sancti Nicolai Nostræ Tolentinæ ci-
vitalis factæ, apostolica auctoritate
tenore præsentium erigimus, et de-
claramus, eidemque ecclesiæ præter
illius capitulum, ac canonicos, cono-
pæum vulgo padiglione, cum tintin-
nabulo, ad instar earundem basilic-
arum urbis Nostræ in processibus
præferre, nec non omnibus aliis præ-
rogativis, privilegiis, facultatibus, ju-
risdictionibus, juribus, exemptioni-
bus, titulis, honoribus, præminentis,
et antelationibus, quibus aliæ basi-
licæ hujusmodi pleorumque canonici

de jure, usu, consuetudine, ac indultis legitime tamen, et canonice, deque hujus sanctæ Sedis licentia, benignitate, ac concessione hactenus gavisum sunt, pari modo uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite possint, et valeant apostolica auctoritate prædicta earumdem præsentium vigore concedimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes præsentibus Nostris literas firmas, validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; atque ab omnibus ad quos spectat, et pro tempore quomodolibet in futurum spectabit inviolabiliter observari; sicque et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam cæsarem palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri etiam debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis, editis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictæque metropolitanæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis in genere, vel in specie, in contrarium præmissorum quomodolibet forsitan concessis; quibus omnibus, et singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur eisdem præsentibus pro plene et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime et plenissime, ac specialiter, et expresse ad præmissorum validissimum effectum hanc quoque serie apostolicæ potestatis plenitudine derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ declarationis, concessionis, impetrationis, decreti, derogationis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum, ejus se noverit incursum. Datam Parisiis anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quinto, tertio kalendas martii, pontificatus Nostris anno quinto.

Sanctio poenalis.

CCCLIII.

Dat. die
5 martii
1805
anno V.

Indultum utendi rocchetto et mozzeta nigra in perpetuum pro cappellanis ecclesiæ matricis da Carinis Mazariensis diocesis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum vestigia prementes ecclesiasticis viris, qui almæ Sionis æmuli divinas laudes in domo Domini solemniter persolvunt, peculiaria ornamenta deferenda concedimus, ut ipsi per externas quoque honorificentias excitati, internarum virtutum splendore omnibus, qui in domo sunt, præluere magis magisque studeant.

Proemium.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii moderni archipresbyter perpetuus, atque tredecim ad nutum, et amovibiliter electi cappellani chorales, itemque alii decem eorum supranumerarii cappellani matricis ecclesiæ sub titulo B. M. V. in eelum Assumptæ oppidi civitatis nuncupati de Carinis Mazariensis diocesis, ecclesia ipsa novi templi nitore, sacrarum suppellectilium copia, sacerdotum probitate et doctrina, populique frequentia, ac devotione non mediocriter inter alias dictæ diocesis ecclesias floreat, cumque ipsum oppidum habitantium, et ecclesiarum multitudinem, domorum regularium, ac etiam piarum secularium sodalitarum numero, aliisque publicis sæpe christianæ in Deum, et proximum charitatis monumentis pa-

Ratio concessionis.

riter fulgeat, multum splendoris cum ad matricem ecclesiam tum ad opidum accederet, ac divinus cultus, fideliumque devotio majora ibi incrementa susciperet, si dicti archipresbyter, et cappellani aliquibus decorationibus per Nos, et hanc apostolicam Sedem donentur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus archipresbytero, et cappellanis choralibus, et supra numerariis ecclesie matricis predictae, ut ipsi, durante cappellani, et supra numerarii hujusmodi officio, dumtaxat, rochetam, et mozzetam cum caputio nigram tam in ecclesia predicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, dictosque archipresbyterum, et cappellanos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, dictae matricis ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quinta martii millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCLIV.

Sanatio literarum apostolicarum super nonnullis mentionibus, quae factae in eis non fuerant, et quibus nunc suppletur pro episcopo Leiriensi.

Dat. die
12 martii
1805
anno V.

Venerabili fratri
Emmanneli episcopo Leiriensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

§. 1. **F**raternitatis tuae nomine nuper expositum Nobis est, per apostolicas Nostras in simili forma brevis die xix. aprilis MDCCCLIII. expeditas literas Nos concessisse tibi amplam facultatem faciendi sub certis modo et forma favore tui seminarii dioecesiani reservationes.

Expositio praesentium.

I.

Decimae partis reddituum tuae mensae episcopalis.

II.

Decimae pariter partis reddituum dignitatum, et canonicatum habentium integram praebendam tuae ecclesiae cathedralis.

III.

Quintae partis reddituum fabricae ejusdem cathedralis ecclesiae.

IV.

Dimidiae decimae reddituum dignitatum, et canonicatum insignis ut ajunt collegiatae ecclesiae de Ourem, et quartae partis reddituum dignitatis cantoratus ipsius collegiatae.

V.

Dimidiae decimae reddituum beneficiorum, quae fundatae extant in ecclesiis collegiatis s. Mariae, s. Johannis, et s. Petri Portus de Moz, nec non prioratus villae de Alpedriz, et alias prout in eisdem literis, qua-

rum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis haberi volumus, fusius continetur. Quoniam vero, sicut asseritur, præ-nominata beneficia ecclesiarum tum cathedralis, tum collegiatæ s. Mariæ de Moz, tum prioratus de Alprediz ad regium pertinent patronatum, cetera vero collegiatarum de Ourem, s. Joannis, et s. Petri de Moz sunt juris patronatus serenissimæ domus Bragantiæ ita quidem, ut dilectissimus in Christo filius Noster Joannes regnorum Portugalliæ et Algarbiorum regens suum jam pro memoratis reservationibus consensum præstiterit; ideo ne qua unquam suboritura sit quæstio super dictis literis Nostris ex eo quod nulla in eis facta sit mentio patronatum hujusmodi, uti etiam quod enunciatum in eisdem non fuerit redditus dignitatum, et canonicatum supradictæ cathedralis ecclesiæ versari plane omnes in distributionibus quotidianis, te ad res seminarii tui quam maxima securitate tuendas et magnopere cupere, et humiliter obsecrare, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

§. 2. Nos igitur te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes; supplicationibus tuo nomine Nobis humi-

liter porrectis inclinati, licet nullum in prædictis literis Nostris factum sit verbum de regis jure patronatus quoad beneficia superius recensita tuæ ecclesiæ cathedralis et collegiatæ sanctæ Mariæ de Moz, ac prioratus de Alpedriz, nullumque de jure patronatus serenissimæ domus Bragantiæ quoad beneficia collegiatarum de Ourem, et s. Joannis, ac s. Petri Portus de Moz, ac licet quoque nunciatum non fuerit redditus dignitatum, et canonicatum dictæ tuæ cathedralis in quotidianis distributionibus tantum consistere, nihilominus easdem literas valide, efficaciterque vigere, earumque vigorem sartum tectum perpetuo habendum, servandumque esse, ac fore in omnibus, et per omnia, quæ in eis contenta sunt, perinde ac si in eisdem tam de dictis patronatibus specialiter, quam de dictis distributionibus expresse memoratum fuisse, auctoritate apostolica tenore præsentium decernimus, et declaramus, et quatenus opus sit, omnem, et quemcumque defectum, siquem iisdem in literis ob mentionum hujusmodi prætermissionem quomolibet intervenisse contigerit, plenarie sanamus atque supplemus.

§. 3. Non obstantibus omnibus, et singulis, quæ in prædictis literis Nostris concessimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ de speciali mandato Nostro sub annulo piscatoris die duodecima martii millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio contrariorum.

Tenore concessio-
nis.



The first part of the book is devoted to a general history of the world, from the beginning of time to the present day. The author discusses the various civilizations that have flourished on the earth, and the progress of human knowledge and art. He also touches upon the different religions and philosophies that have shaped the human mind.

The second part of the book is a detailed account of the history of the British Empire. It begins with the early voyages of discovery, and follows the expansion of British power across the globe. The author describes the various colonies and territories that were acquired, and the role of the British in the development of these lands.

The third part of the book is a history of the British monarchy. It traces the lineage of the British kings and queens, from the first Saxon monarchs to the present day. The author discusses the various events and circumstances that have shaped the monarchy, and the role of the monarch in the government.

The fourth part of the book is a history of the British constitution. It discusses the development of the various institutions of government, and the principles that have guided the British people. The author also touches upon the different forms of government that have been tried in Britain, and the reasons for their success or failure.

The fifth part of the book is a history of the British navy. It discusses the various naval battles and expeditions, and the role of the navy in the expansion of the British Empire. The author also touches upon the different types of ships that have been used, and the progress of naval technology.

The sixth part of the book is a history of the British army. It discusses the various military campaigns and battles, and the role of the army in the defense of the British Empire. The author also touches upon the different types of weapons and tactics that have been used, and the progress of military technology.

The seventh part of the book is a history of the British colonies. It discusses the various colonies that were acquired, and the role of the British in the development of these lands. The author also touches upon the different forms of government that were tried in the colonies, and the reasons for their success or failure.

The eighth part of the book is a history of the British Empire. It discusses the various territories that were acquired, and the role of the British in the development of these lands. The author also touches upon the different forms of government that were tried in the territories, and the reasons for their success or failure.

The ninth part of the book is a history of the British Empire. It discusses the various territories that were acquired, and the role of the British in the development of these lands. The author also touches upon the different forms of government that were tried in the territories, and the reasons for their success or failure.

The tenth part of the book is a history of the British Empire. It discusses the various territories that were acquired, and the role of the British in the development of these lands. The author also touches upon the different forms of government that were tried in the territories, and the reasons for their success or failure.



PIUS VII.

ANNO SEXTO

CCCLV.

Ampliatio privilegii altaris privilegiati pro capitulo ecclesie metropolitanae Firmanae.

Ad perpetuam rei memoriam

Pius PP. VII.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici metropolitanae ecclesie Firmanae, quod sicuti in dicta ecclesia unum dumtaxat altare privilegio apostolico quotidiano pro animabus fidelium defunctorum a purgatorii poenis liberandis decoratum reperitur, tot sunt missarum onera ad hujusmodi altare celebranda, et alia missarum sacrificia, quae Christifideles pro defunctis ad dictum altare celebrari flagitant, ut canonici beneficiati, et alii sacerdotes choro ejusdem metropolitanae ecclesie inservientes missas sibi incumbentes, seu devotionis causa non sine tam proprio quam aliorum presbyterorum ad dictam ecclesiam adventantium incomodo in altare privilegiato hujusmodi celebrare possunt; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratis prosequi volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, ut quaecumque sacerdos aliquis ex canonicis beneficiatis, aliisque choro dictae metropolitanae ecclesie dumtaxat inservientibus ad quodcumque altare dictae metropolitanae ecclesie sacrosanctum missae sacrificium tum

pro satisfactione onerum sibi incumbentium, quam devotionis causa pro anima cujuscumque Christifidelis, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit celebrabit, missae sacrificium hujusmodi animae, seu animabus pro qua, seu pro quibus celebratum fuerit perinde suffragetur, ac si ad altare privilegiatum fuisset celebratum auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

§. 3. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romae de speciali mandato Nostro sub annulo piscatoris die decima quinta martii, millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

Derogatio contrariorum.

CCCLVI.

Concessio usus pavilionis, et tintinnabuli ecclesiae Recinetensi, utpote basilicae minori etiam in processione ad visitandam almam domum Laurentanam quotannis fieri solita, cum iure praecedentiae, quo gaudet capitulum Recinetense.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **N**uper Nobis exponi fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici cathedralis ecclesiae Recinetensis se favorabiliter impetrasse a Nobis, ut ecclesia hujusmodi in basilicam minorem erigeretur, quemadmodum eam

Expositio praecum.

Dat. die
15 martii
1805
anno VI.

Expositio praecum.

Tenor concessionis.

Nos per apostolicas Nostras in simili forma brevis die xvii augusti MDCCLV expeditas literas in minorem basilicam cum omnibus et singulis privilegiis, præminentis, gratis, et indultis per similes basilicas minores haberi, et gaudere solitis, et consuetis ereximus, et alias prout eisdem in literis, quarum tenorem præsentibus pro expresso et inserto haberi volumus, uberius continetur: nunc autem se vehementer optare, ut pavilione, et tintinnabulo, quas basilicæ minores solemne habent in processibus adhibere ipsi possint libere, eam etiam occasione, quando juxta antiquam, ac immemorabilem consuetudinem in die festo Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, vel alio si talis fuerit impeditus, sacram Lauretanam domum processionaliter visitant, atque ut pavilio, et tintinnabulum cathedralis basilicæ Recinetensis tunc præcedentia gaudeat super pavilione et tintinnabulo cathedralis basilicæ Lauretanæ, eodem plane modo, quo Recinetenses canonici prædicto die præcedunt Lauretanis canonicis, qui vi decreti a congregatione sacrorum Rituum post rationes hinc inde in formali judicio deductas editi, et a fel. rec. Clemente pp. VIII. prædecessore Nostro per apostolicas suas in pari forma brevis die xxviii junii MDCIII. expeditas literas confirmati tenentur canonicis Recinetensibus capitulari processione Lauretanam ingredientibus obviam ire capitulariter usque ad portam civitatis, illosque excipere cum honore, et ad dexteram ponere, sicque ad sacram domum præmemoratalem solemniter sociare. Quapropter licet exponentes suo freti jure nil prorsus quoad recensitam pavilionem, et tintinnabulum præcedentiam extimescant, nihilo tamen minus, ut quodcumque quomodolibet suboriturum ejus causa jurgium tollatur de medio, Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, ac, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratis prosequi volentes, ac eorum singulares personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus

quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, ac absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, ut in die Annunciationis beatæ Mariæ Virginis, vel alio die, si eum aliquando impeditum esse contigerit, dum capitulum Recinetense processionaliter excipitur modo, et forma, ut præfertur, a capitulo Lauretano, tunc pavilio, et tintinnabulum cathedralis basilicæ minoris Recinetensis perpetuis futuris temporibus in processione prædicta, aliisque functionibus ecclesiasticis possit semper, et valeat incedere in manu dextera pavilionis, et tintinnabuli cathedralis basilicæ minoris Lauretanæ auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, statuimus, et declaramus. Ac dilectis filiis capitulo, et canonicis Lauretanis, ut singulis functionibus prædictis dexteram manum, quam ipsi, sicut præmittitur, Recinetensi capitulo cedere solent, similiter cedant, seu cedere debeant per eos a quibus fertur pavilio, et tintinnabulum sæe cathedralis basilicæ, illis qui ferunt pavilionem, et tintinnabulum cathedralis basilicæ Recinetensis in virtute sanctæ obedientiæ, ac etiam sub pœnis in casu contraventionis Nostro, et Sedis apostolicæ arbitrio ferendis injungimus, mandamus, atque præcipimus.

§. 3. Decernentes easdem has Nostras literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et capitulo Recinetensi plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus omnibus, et singulis, quæ in memoratis literis tum Clementis prædecessoris, tum Nostris concessa sunt, non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima octava martii millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio contra forum.

Dat. die
23 martii
1805
anno VI.

CCCLVII.

Concessio altaristis basilicæ cathedralis Recinetensis facultatis deferendi numisma sacrum ad instar altaristarum basilicæ Lauretanæ.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio præcui.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni beneficiati altaristæ nuncupati primæ, et secundæ erectionis cathedralis basilicæ minoris civitatis Recinetensis, quod quamquam dictæ ecclesiæ canonici per hanc sanctam Sedem nonnullis honorificentis decorati reperiuntur, ipsi tamen altaristæ sine ulla speciali externa decoratione adhuc remanent; ideoque ad majorem Dei gloriam, et Christi Domini in cruce patientis, Deiparæque, ac sancti protectoris ejusdem civitatis memoriam jugiter in suis animis excitandam, sacrum numisma cruci insertum collo appensum gestare posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Tener concessiois.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existant ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censes, hujusmodi supplicationibus inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus primæ, et secundæ erectionis beneficiatis præfatis, ut sacrum numisma ad instar altaristarum alterius minoris basilicæ Lauretanæ, non tamen eadem forma, cruci insertum, et suprapositum serico funiculo nigroflavo cum flocculo simili alligatum, in cujus numismatis antica insculpta sit almæ domus Lauretanæ effigies cum inscriptione = *Non fecit taliter omni nationi*: in postica vero s. Flaviani ipsius civitatis prote-

ctoris imago cum alia inscriptione *protector noster aspice* tam in ecclesia prædicta, quam extra eam ad instar eorundem altaristarum Lauretanorum palam gestare, eoque uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque beneficiatos altaristas desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava martij millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

Derogatio con-
rariorum.

CCCLVIII.

Applicatio regie cappellæ conventus ordinis s. Francisci diœcesis Abulensis fructuum nonnullorum beneficiorum ecclesiasticorum.

Dat. die
26 martii
1805
anno VI.

Pius Episcopus

Servus servorum Dei.

Venerabili fratri
Episcopo Abulensi
Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. **A**postolici ministerii ratio exigit, ut in votis catholicorum principum paterna charitate obsecrandis, pastoralis officii partes interponere non prætermittamus, eaque statuere curemus, quæ expedire in Domino arbitramur.

Procurium.

§. 2. Exposuit Nobis charissimus in Christo filius Noster Carolus Hispaniarum rex catholicus per dilectam filium equitem Antonium de Vargas y Laguna ejus apud Nos, et apostolicam Sedem plenipotentiarium administrum, quod annui redditus regie cappellæ sub titulo sancti Pe-

Expositio præcui.

tri de Alcantara conventus fratrum ordinis minorum sancti Francisci nuncupatorum sub reformatione ejusdem sancti Petri in villa de Arenas nuncupata diocesis Abulensis existens ad congruam summam pro supremo cultu in ea, ut decet, Deo præstando, non pertingunt, ideo mediante infrascriptorum perpetuorum simplicium beneficiorum ecclesiasticorum perpetua suppressione, et extinctione, ac respectiva illorum fructuum eidem regie cappellæ applicatione opportune ejusdem regie cappellæ dotationi consultum foret.

Supprimuntur
titula benefi-
ciorum.

§. 3. Nos igitur prædicti Caroli regis postulationibus annuentes facultatem fraternitati tuæ tribuimus, ut duo in terra, seu loco vulgo despoblado de Palazuelos, quorum uni aliqua fortasse incumbit cura animarum, ac alterum vulgo Prestamo loci despoblado de Galindos, ac aliud nuncupatum medio Prestamo loci di Cervillego de la Cruz, et reliquum perpetua simplicia beneficia ecclesiastica loci etiam nuncupati despoblado de Torralba sub respectivis eorum invocationibus in totidem ecclesiis prædictæ Abulensis diocesis, vel ad præsens certo quem Nos haberi volumus pro expresso modo vacantes, vel ab eorum respective possessoribus adhuc obtentis, apostolica tibi delegata auctoritate, ex nunc, quatenus vacantes existant, ex nunc autem pro ut ex tunc postquam tamen per obitum illorum respective possessorum, aut alias certo alio modo illos vacare contingat, eorum titulum collativum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam beneficiorum ecclesiasticorum, ita quod deinceps perpetuis futuris temporibus collativa esse desinant, et de cætero in titulum collativum conferri nequeant apostolica prædicta tibi ad hunc effectum specialiter delegata auctoritate perpetuo supprimas, et extinguas.

Assignatio fru-
ctuum favore
regie cappellæ.

§. 4. Illis vero sic suppressis, et extinctis, omnia et singula eorum bona, res, proprietates, fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, et emolumenta quæcumque quovis nomine nuncupata, et in quacunque re consistentia, et undecumque provenientia in prælaudatæ regie cappellæ dotationis, et manutationis augmentum, in modum tamen ut eorundem honorum, ac fructuum,

reddituum, et proventuum præfatorum administratio, per rectores, seu administratores, vel deputatos ipsius regie cappellæ exerceri debeat, liceatque ipsis etiam per alias personas ad id deputatas beneficiorum hujusmodi per te, ut præfertur, suppressorum, et extinctorum, bonorum, rerum, proprietatum, fructuum, reddituum, et proventuum, jurium, obventionum, et emolumentorum prædictorum quorumcumque, veram realem, corporalem, et actualem possessionem propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere, dictaque bona, res, proprietates locare, dislocare, arrendare, fructus quoque, redditus, et proventus præfatos percipere, exigere, levare, et proviso per te curæ animarum, quatenus primo dicto beneficio nunc onus hujusmodi adnexum adhuc existat, ac satisfactis prius per ipsius regie cappellæ rectores, seu administratores, vel deputatos, omnibus et singulis eorundem beneficiorum, ut præfertur, suppressorum, et extinctorum oneribus in ipsius regie cappellæ dotationis augmentum hujusmodi apostolica prædicta auctoritate applices, atque appropries.

§. 5. Si vero accidat aliquod ex beneficiis supramemoratis, non in præfata Abulensi, sed in alia Hispaniarum regni diocesi existere, hoc in casu, facultatem pariter tibi tribuimus, ut certiorato prius ordinario loci, illud etiam ad formam præsentium Nostrarum literarum suppressum, et eidem regie cappellæ illius bona, et redditus applicare valeas, cum lege tamen quod circa diocesum diversitatem Nos quamprimum certiores reddere tenearis.

Declaratio spe-
cialis.

§. 6. Volumus autem, ut præmissa omnia per te apostolica præfata delegata auctoritate facienda, ab omnibus adimpleantur, non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de unionibus et applicationibus ad partes committendis, ac de exprimendo in literis apostolicis vero annuo beneficiorum valore, nec non Lateranensi, aliisque etiam in provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis constitutionibus, et ordinationibus, statutis, privilegiis, iudicis, ac literis apostolicis, quomodolibet concessis, quibus omnibus ejusdem præsentibus

Clausula salu-
teres, et irri-
tantes.

pro plene et sufficienter expressis habentes latissime, ac plenissime, nec non specialiter, et expresse ad præmissorum effectum hac vice derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poe-
nalis.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ facultatis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ de speciali mandato Nostro anno Incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quinto, septimo kalendas aprilis, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLIX.

Dat. die
9 aprilis
1805.
anno VI.

Facultas incolis trium parochiarum Bracharensis diœcesis colligendi diebus festis quasdam algas, quæ deponi solent a mari ad litus, quæque utiles sunt agris fœcundandis.

Venerabili fratri
Archiepiscopo Bracharensi

Pius PP. VII.

Vea. frater salutem
et apostolicam benedictionem.

Expositio præ-
sum.

§. 1. **E**xponi nuper fecerunt Nobis dilecti filii incolæ trium parochiarum Bracharensis diœcesis, nempe sancti Michaelis, quæ vulgo dicitur das Marinkas, sancti Bartholomæi de Mari, et sancti Petri ad fines de Belinho, quod agri, quos ipsi colunt, et quorum fructu vivunt, passim cuncti manent juxta mare, a quo fluente in pelagum post æstum aquarum solet reliqui interdum in oris quædam maceries, quam vocant algaço, quamque valde aptam experti ipsi sunt ad terras suas veluti limo, quo carent, saginandas; at nisi cito materies hæc inde asportetur, facile fit, ut mare ipsum tempore novi fluxus eam absorbeat, atque disperdat. Hinc si algas hujusmodi in sicco depositas cerni contingat diebus festis, ut per Nos ad occasionem fugientis

boni opportune captandam illas colligere vel tunc ipsis liceat, vehementer exoptant, enixisque humiliter precibus a Nobis efflagitant.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut veris existentibus prænaratis, eisdem exponentibus licentiam, et facultatem, cujus vigore ipsi diebus etiam dominicis, aliisque festivis de præcepto, (ex solemnioribus tamen aliquo, vel aliquibus, prout in Domino satius tibi videatur, exceptis) memoratam materiam arripere, et de maris littore educere libere, et licite possint, et valeant, auctoritate Nostra apostolica pro tui prudentia, et conscientia gratis impertiaris; ita tamen, ut per suos parochos moneantur assidue de obligatione audiendi missam diebus prædictis, a qua non intendimus eos dispensari.

Tenor concessio-
nis.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ de speciali mandato Nostro die nona aprilis millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

Derogatio con-
trariorum.



Dat. die
9 aprilis
1805
anno VI.

CCCLX.

Confirmatio regularum, et constitutionum congregationis mulierum Præsentationis sanctæ Mariæ Virginis civitatis Cork.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

Proemium.

§. 1. **P**astoralis officii cura, quæ in universum Domini gregem Nobis ex alto commissa est, illud a Nobis magis exostulat, ut voces pastorum qui ad Christianam pietatem suis in ovibus augendam apostolicæ Sedis opem efflagitant sollicitè excipiamus, eorumque zelo studia quoque Nostra conjungere properemus.

Expositio præ
cæm porrecta-
rum ab episco-
po Corcagien-
si.

§. 2. Expositum siquidem Nobis tuo nomine fuit, quod bo. me. Honorata Nagle nobilis, locuplesque istius regni catholica femina in plurima fundandas domus bona impendit sua, eo consilio nempe, ut ibi reciperentur virgines piæ, quæ munerî, atque labori puellas, præsertim pauperes in rudimentis catholicæ fidei informandi, honestisque artibus, quæ propriæ ipsarum sunt instruendi, tum mulieres in nosocomiis publicis ægrotantes invisendi, eisque spiritualia, ac temporalia auxilia præbendi devovere se vellent. Quumque nonnullæ jam instituto charitatis hujusmodi nomen dedissent, aliæque plures se se illud amplectendi cupidas passim ostenderent, si idem institutum a Sede apostolica approbatum fuisset, recolendæ mem. Pius pp. VI. prædecessor Noster (eo vel magis quod talibus votis pondus etiam suarum postulationum accederet) per apostolicas suas in simili forma brevis die tertia septembris MDCCXCI. expeditas literas de venerabilium fratrum Nostrorum S.R.E. cardinalium negotiis propagandæ fidei præpositorum consilio, fraternitati tuæ tribuit facultatem tam pro civitate Corcagiensi, quam pro aliis civitatibus, oppidis, ac terris Hiberniæ habito prius tamen, ubi de diœcesi aliena ageretur proprii ordinarii consensu, prædictas domus erigendi, ac instituendi in collegia, ubi ad superius recensita charitatis

opera subeunda piæ reciperentur virgines, quæ etiam expleto probationis tempore vota simplicia obedientiæ, paupertatis, et castitatis nuncupata emittere deberent, et alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus fusius continetur. Mirum autem dictum est quam rapide atque feliciter institutum istud percreeverit post apostolicam ejus approbationem, mirumque etiam quot quantosque ubique isthic afferat fructus. Quandoquidem non in Corcagiensi solum jam viret florenter, sed et in civitates, et diœceses Dublincensem, Watersardiensem, Kilhenniensem, atque oppidum usque Kerlanei radices extendit, quodque plus refert ad instituti istius collegia non modo puellæ, sed etiam adultæ, ac nuptæ ipsæ mulieres eam, quam plerumque ignorant fidei, et morum doctrinam discendi studio undique conflunt, ita ut virgines institutum hujusmodi profutentes, de præsentis religionis incremento lætæ, illudque in posterum magis inagisque exoptantes unanimi flagitent ore se in veras moniales posse converti, ac per vota solemnia educationi et instructioni puellarum præcipue pauperum consecrari, quod quidem et tibi ad stabilitatem, ac perfectionem instituti valde conferre, et ad virgines, quæ gloriæ, ac Dei zelo magis exæstuant firmiter in eo detinendas profuturum esse videretur. Quoniam vero idem Pius prædecessor in prædictis literis eadem virgines quosuis in muniis alacriores fierent omnibus cumulate ditavit indulgentiis, et gratiis spiritualibus jam alias concessis a sancta hac Sede monialibus Ursulinis, earumque ecclesiis, atque collegiis, ac tibi etiam injunxit, ut constitutiones et regulas ad s. Ursulæ institutum, ac juxta instructionem eorundem cardinalium de Propaganda Fide accommodatas, tu pro dictis virginibus conderes constitutiones, et regulæ hujusmodi jam nunc a te sedulo concionatæ studio, et gravi aliorum istius regni ordinariorum roboratæ suffragio, maturoque præterea prædictorum cardinalium cribratæ judicio Nostris nuper subjectæ sunt oculis tenore, ut sequitur.

AD MAJOREM DEI GLORIAM

REGOLE E COSTITUZIONI

Tenor constitutionum.

§. 3. Della congregazione delle sorelle religiose della Presentazione di Maria sempre vergine eretta nella città di Cork per la caritatevole istruzione delle fanciulle specialmente povere; a tenore della bolla della san. me. di Pio papa VI. e successivo decreto della sagra congregazione approvato dal santo padre Pio VII. felicemente regnante.

P A R T E I.

CAPO I.

Del fine di questa congregazione

I.

De fine congregationis.

§. 4. Le sorelle ascritte a questa congregazione, oltre il fine principale e comune a tutti gli ordini religiosi, quale è di attendere in ispecial modo allo studio di perfezionare se stessa nella via del Signore, dovranno avere altresì quello, che è particolare, e distintivo dell'istituto, cioè di applicarsi con tutto l'impegno ad istruire le fanciulle specialmente povere nei principj della religione e della pietà cristiana. Nell'intraprendere questo ben arduo ma altrettanto meritorio incarico le sorelle, che Dio si è graziosamente compiaciuto di chiamare a questo stato di perfezione, incoraggeranno se stesse, ed animeranno il proprio fervore, e zelo coll'esempio del loro divino maestro, che dimostrò in ogni occasione un tenero amore per i fanciulli, espresse un grandissimo piacere nell'avvicinarli, e dichiarò, che chiunque accoglie queste fanciulle in di lui nome, accoglie lui stesso. Considereranno inoltre, che coltivando le tenere menti delle fanciulle coll'imprimergli l'orrore per il vizio, e l'amore per la virtù istruendole nei doveri della religione, è un unirsi alle funzioni di quei celesti spiriti, che Dio ha posto angeli cu-

stodi per guardarle, e dirigerle nella strada della eterna salute.

II.

§. 5. E' un dovere imposto alle sorelle d'insegnare giornalmente alle fanciulle il catechismo, che esse gli spiegheranno con brevità e semplicità, adattando il loro discorso all'età, e capacità delle medesime. Siano caute di non proporre alcuna cosa astrusa, che possa imbarazzare loro stesse, o le fanciulle. Le avvezzino a pensare, e parlare riverentemente di Dio, e delle cose sagre, non permettendogli di essere curiose nelle loro questioni, ma esortandole costantemente a sottoporre il loro intendimento alla obbedienza della fede, e a tener sempre disposta la mente loro a ricevere le istruzioni di quelli, che Cristo ha destinato a regolare la Chiesa di Dio, la quale ha comprato col suo sangue.

De muneribus sororibus impositis.

III.

§. 6. Inseguiranno alle fanciulle di offrire loro stesse a Dio dal primo uso della ragione: quando la mattina si svegliano, d'innalzare a lui i loro cuori, di adorare sua Divina Maestà, ringraziandola di tutti i beneficj, e di armarsi col segno della croce: le instruiranno come debbono offrire tutti i loro pensieri, parole, ed opere a gloria di Dio; come implorare la di lui grazia per conoscerlo, ed amarlo, ed adempire i di lui comandamenti: le inseguiranno a fare ogni sera l'esame della loro coscienza e ad onorare e rispettare i loro parenti, e superiori.

Idem ut supra

IV.

§. 7. Le instruiranno in quanto occorre a prepararsi per la confessione, e a confessare le proprie colpe con tutta sincerità e dolore. Saranno ben attente a disporre per il sagramento della cresima, e per la prima comunione.

Idem ut supra

V.

§. 8. Siccome i poveri sono il grande oggetto, ed il fine speciale di questa pia istituzione, perciò si stabilisce colla presente per obbligo invariabile da osservarsi, che le sorelle

De pauperibus gratis excipiendis.

di questa congregazione non ammetteranno se non che le povere fanciulle alle loro scuole, nè potranno ricevere per una tale denaro, o altro emolumento temporale, contentandosi della gloriosa ricompensa promessa a quelli, che istruiscono molti nella giustizia,

VI.

Declaratio specialis.

§. 9. Nulladimeno se questa religiosa congregazione fosse stabilita nei villaggi e castelli dove non vi sono scuole per l'educazione delle fanciulle, allora potrà essere permesso colla licenza espressa, e col consenso espresso del vescovo diocesano di ammettere alle loro scuole le figlie di persone comode; ma gli emolumenti ricevuti in queste occasioni non dovranno essere applicati in uso delle sorelle, ma in sollievo delle povere fanciulle. Se le povere fanciulle sono in tanto numero, che richiedessero tutta l'attenzione delle sorelle, queste non dovranno per alcun pretesto incaricarsi della cura di altre. Le pensionarie, e convittrici siano giovani, o vecchie non si ricevano in conto alcuno nelle case delle sorelle eccettuato, che se fosse una fondatrice, o una benefattrice molto insigne.

CAPO II.

Dalle scuole

I.

De scholis inter clausuram retinendis.

§. 10. Le scuole per le povere fanciulle saranno proporzionate al numero delle religiose capaci di attendervi senza però troppo incaricarle, ed opprimerle. Saranno le scuole dentro la clausura.

II.

De charitate humilitate, et puritate adhibenda a sororibus deputatis.

§. 93. Quando tutte le schedole sono raccolte nell'urna preparata per questo effetto, il presidente le conterà, se corrispondono al numero esatto delle vocali. Il presidente suddetto aprirà ciascuna di esse, e la mostrerà all'assistente, e alle due sorelle deputate dal capitolo, esprimendo il nome e cognome in voce bassa, ma tale che possa essere distintamente udito da loro. Nell'esaminare ciascuna schedola in particolare, il sacerdote assistente scriverà il nome, di cui vi si fa menzione: lo stesso farà in un'altra carta una delle sorelle deputate. Se poi si trovassero più, o meno del numero delle vocali, ciò non ostante si dovranno leggere e registrare nella già detta forma, e quando si trovi la pluralità de' voti, alla quale niun pregiudizio venga recato dalli mancanti o superflui, l'elezione sarà valida. Che se avendosi ragione de' superflui o mancanti la pluralità, che concorre in una persona soffrisse eccezione, in questo caso si verrà ad un'altro scrutinio.

XI.

§. 94. Essendo state debitamente esaminate le schedole, se vi si vede la dovuta pluralità in favore di qualcuna, il presidente la chiamerà a venire avanti. Essendo essa inginocchiata avanti a lui, la dichiarerà eletta canonicamente senza mentovare il numero de' voti che concorsero alla di lei elezione. Egli confermerà allora l'elezione dicendo: *Noi confermiamo questa elezione (se presiede un delegato, vi aggiungerà) coll'autorità, che abbiamo dal nostro rmo padre nel signore monsig. NIV. vescovo di questa diocesi, e vi dichiaramo suor NIV. madre superiora di questa comunità, in nome Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.* Allora tutte le schedole saranno bruciate.

XII.

§. 95. Essendo così confermata la superiora, prenderà il luogo da superiora. Allora suonando le campa-

De publicatione suffragiorum.

De collatione muneris favore electa.

De possessione accipienda muneris superiorissae.

ne per annunziare l'elezione, tutte le sorelle l'una dopo l'altra secondo la loro seniorità inginocchiate le bacieranno la mano. Nel tempo stesso si canterà l'*Ave maris stella* col salmo *Laudate Dominum omnes gentes*. Ciò fatto l'assistente scriverà il giorno dell'elezione, e l'atto sarà sottoscritto dal presidente.

XIII.

De officiis minoribus, magis idoneis concedendis.

§. 96. La superiora così eletta farà la scelta di quelle vocali, che giudicherà in coscienza abili ad eseguire le funzioni di assistente depositaria, e maestra delle novizie, e le proporrà al capitolo. L'elezione verrà fatta secondo la pluralità de' voti con fagioli bianchi e neri. Venendo esse, o qualcuna di loro escluse, la superiora proporrà altre per li detti impieghi che saranno elette in simile maniera. Terminata l'elezione essa col concorso delle tre ultime elette farà la scelta di quelle altre sorelle, che crederà capaci per gli altri differenti officj, e queste rimarranno nelle loro varie cariche, finchè la madre superiora non crederà a proposito di rimuoverle.

XIV.

Idem ut supra.

§. 97. Dove non vi saranno sette professe a far l'elezione, il vescovo destinerà la superiora agli altri principali officj dopo aver consultato la più anziana della comunità, ed il sacerdote, che ha la loro direzione.

CAPO III.

Dell'ufficio di superiora

I.

De munere superiorissimæ.

§. 98. La superiora per governare con vantaggio la comunità, e con merito se medesima, conviene, che dimostri se stessa, come un modello della osservanza regolare, affinchè divenendo un' esemplare della sua piccola greggia, possa col suo esempio impegnarla più efficacemente all'esatto adempimento di tutti li doveri dell'istituto.

II.

§. 99. Diligentemente osserverà, che la disciplina regolare sia debitamente mantenuta; che le regole e costituzioni siano strettamente osservate; che le sorelle si applichino diligentemente alle loro rispettive cariche, ed in particolare, che diligentissimamente si applichino alla istruzione delle povere fanciulle, del che essa ne darà loro l'esempio.

III.

§. 100. Teneramente consolerà, ed incoraggerà le abbattute, e turbate nello spirito se ve ne è qualcuna, ammonendo con carità quelle che trasgredissero, infliggendo, se è necessario, castighi, ed ingiungendo tali penitenze, che potrà giudicare adatte, ed espedienti per la loro emendazione.

IV.

§. 101. Prenderà cura che le sorelle siano provvedute di tutto il necessario, e che sia esclusa ogni cosa superflua.

V.

§. 102. Essa manterrà con inviolabile segreto tutto ciò, che potessero comunicarle del loro interno, nè le sarà mai lecito di parlare con chicchessia, nè anche col vescovo o superiora, fuorchè per domandare consiglio, ed anche allora non potrà dare il minimo indizio di chi sia la sorella, di cui si tratta senza la di lei espressa permissione.

VI.

§. 103. La superiora presiederà a tutti gli esercizi, e adunanze comuni; ma le sorelle in tutti i tempi, ed in tutte le occasioni saranno obbligate di rispettarla come loro madre nel Signore, e a dimostrare una pronta obbedienza ai di lei comandi.

VII.

§. 104. Adunerà le discrete nel primo mercoledì di ciascun mese (e più spesso se le circostanze lo richiedono) per esaminare i conti, e consultare nelle misure più proprie a promuovere

re il vantaggio spirituale e temporale della comunità. Si presterà ai loro consigli e non avrà il minimo dispiacere, se qualcuna di esse è di sentimento diverso dal suo; ma si mostrerà disposta ad accudire al loro parere quando è convinta dalla forza delle loro ragioni.

VIII.

Idem ut supra.

§. 105. Terrà un' adunanza di tutte le sorelle nell' ultimo mercoledì di ogni mese per esaminare intorno all' osservanza delle costituzioni. E se alcuna delle sorelle sia trovata negligente nell' esatto adempimento delle medesime, la superiora la riprenderà con carità, la esorterà ad osservarle con esattezza nell' avvenire, e se è necessario, le imporrà quella penitenza, che le sembrerà espediente.

IX.

Idem ut supra.

§. 106. La superiora baderà, che le novizie siano esaminate dal vescovo, o dal suo delegato un mese prima della loro professione. Sottoscriverà gli atti della professione, e del capitolo, li conti, e tutti gl' istromenti scritti concernenti lo spirituale, ed il temporale della comunità.

CAPO IV.

Dell' ufficio dell' assistente.

I.

De munere adsisistentis.

§. 107. Essendo l' assistente la prima delle discrete, in assenza della superiora presiederà essa al coro, e a tutte le altre adunanze comuni; sarà suo studio particolare confortare la superiora in tutti gli affari dubbj e difficili. Non intraprenderà alcuna cosa contro il di lei volere, e le renderà conto di qualunque cosa ordinasse in di lei assenza.

II.

Idem ut supra.

§. 108. Ricercherà accuratamente li bisogni e necessità delle sorelle, e ne informerà la superiora, affinché sia ciascuna provveduta di tutto il bisognevole.

CAPO V.

Dell' ufficio di bosiera, o depositaria.

I.

§. 109. La depositaria, seconda in grado fra le discrete, sia istruita nel maneggio degli affari della casa, sia prudente, diligente, economica, e capace colla sua buona maniera, ed affabilità di conciliarsi il rispetto, e la benevolenza di quelli, colli quali possa avere occasione di trattare gli affari.

De munera depositaria.

CAPO VI.

Della maestra delle novizie

I.

§. 110. Siccome il buon ordine, e la conservazione di questa congregazione dipende moltissimo dalla buona direzione, e dalla pia, e religiosa condotta delle novizie, la sorella destinata a questo importante ufficio sarà discreta, mansueta, devota, di gran prudenza, ed sperimentata in tutti li doveri dell' istituto: giudiziosa nel discernere le disposizioni di quelle, che sono sotto la di lei cura, e dotata di talenti per formare le menti loro nella pratica di ogni virtù.

De magistra novitiarum.

II.

§. 111. Studierà di rendere le novizie perfettamente sensibili al fine, che dovrebbero avere nello abbandonare il mondo, e nello entrare nello stato religioso, il quale non deve essere altro, che unirsi più perfettamente al Signore col morire a loro stesse, ed al mondo, mortificando i loro esterni sentimenti, e più particolarmente le loro passioni interne in guisa d' impugnare tutte le potenze, e facoltà dell' anima e del corpo per servire il loro sposo celeste con uno spirito di povertà evangelica, spogliato di tutte le affezioni mondane, con una castità purissima, con una obbedienza illimitata, fondata nella negazione di loro stesse, ed in uno spoglio totale della propria volontà. In somma che questa congregazione è specialmente fondata sul monte Cal-

Idem ut supra.

vario per ivi servire a Gesù Cristo crocifisso, sul di cui esempio le sorelle debbano crocifiggere i loro sensi, immaginazioni, passioni, inclinazioni, avversioni, ed umori per rispetto, ed amore del loro Divino Maestro.

III.

Idem ut supra.

§. 112. Le eserciterà nella pratica della modestia, mansuetudine, ed umiltà incoraggendole, ed ajutandole a sradicare, per quanto è possibile, quegli ostinati puerili umori, che specialmente nel sesso femminile abbattano lo spirito, e lo rendono debole, e languido, affinchè possano produrre frutti di una solida, e vigorosa santità. E perchè questo assunto è arduo, gl' insegnerà a non confidare in loro stesse, ma a porre ogni loro fiducia in Dio, e nella protezione della bna Vergine. Le instruirà nel metodo dell' orazione, e della meditazione, come debbono confessare le loro colpe con brevità, distinzione, e contrizione, come abbiano a fare buon uso delle loro confessioni, e comunioni, e leggere, e pronunciare, e recitar bene il loro ufficio in coro.

IV.

Idem ut supra.

§. 113. Siceome l' obbedienza religiosa è la virtù, che principalmente caratterizza il vero spirito di religione, e poichè consiste in essa particolarmente il perfetto sacrificio a Dio delle anime religiose, la maestra delle novizie userà la più grande attenzione nell' instruirle sulla natura, estensione, motivi e vantaggi di questa sublime virtù, affinchè conoscendo la di lei grande eccellenza, e a che essa obblighi, possano applicarsi con grande fervore a praticarla, non solo adempiendo immediatamente, e senza dimora nelle loro azioni esteriori gli ordini de' loro superiori, ma ancora col sottomettere in ogni cosa la loro volontà, ed il loro giudizio alla volontà, e giudizio de' loro superiori. Per questo fine continuamente gl' insegneranno a considerare il Signore ne' loro superiori, e ne' loro comandi li comandi del Signore, e che nell' obbedirli obbediscano lo stesso Dio, sicure, che il Signore parla loro per mezzo de' superiori, come se un angelo gli parlasse secondo quelle

parole del nostro Redentore: *Chiunque ascolta voi, ascolta me.*

V.

§. 114. Imprimeranno nelle loro menti, che colla virtù della obbedienza le anime religiose divengono più intimamente unite con Dio; che la volontà del Signore le dirige, e le governa in guisa di poter dir coll' apostolo: *Io non vivo; ma Gesù Cristo vive in me*; che il Signore è quello, che allor regola tutti i loro passi, le parole, orazioni, lezioni, ricreazioni, ad ogni opera, ed azione della loro vita; e che per conseguenza le azioni più piccole, e le più triviali, ed indifferenti in loro stesse divengono di gran valore, e merito per l' eternità! Finalmente, che in quella santa obbedienza hanno una regola ben sicura, ed un mezzo efficace per conoscere la volontà di Dio, ed adempirla con ogni perfezione; vantaggio della più grande importanza, che le anime religiose hanno sopra le più pie e devote, che rimangano nel mondo.

VI.

§. 115. Procurerà d'istillargli una idea sublime di amore cordialissimo, e di riverenza per il loro santo istituto, e di riempire i loro cuori della più tenera carità, e di affetto per le povere fanciulle. Gl' inculcherà il più sincero amore, e zelo per la salvezza di tutto il genere umano, acciocchè facciano orazioni fervorose per tutti, e specialmente per la Santa Chiesa Cattolica Romana, per il di lei capo visibile ed universale pastore il sommo pontefice, per li vescovi, e clero applicando spesso le loro orazioni e comunioni per la propagazione della santa religione, specialmente in questo regno.

VII.

§. 116. Con ammonizioni costanti inculcherà, che li membri di questa congregazione abbiano un sol cuore, ed un anima sola in Gesù Cristo solo celeste sposo; membri che siccome il nostro divin Redentore nella grazia della loro vocazione le ha unite insieme in un sol corpo, esse devono sempre essere unite nello stesso spirito

di carità, che è il vincolo della perfezione.

VIII.

Idem ut supra.

§. 117. Le novizie in tutti i loro bisogni ricorreranno alla loro maestra, la quale, se sono di conseguenza, ne informerà la superiora; ma negli affari ordinarij potrà risolvere da se medesima. La maestra delle novizie dovrà, per quanto lo permetteranno le circostanze, essere disimpegnata da tutti gli affari, ed occupazioni della comunità, affinché possa più attentamente accudire a questo grande, ed importante impiego.

CAPO VII.

Delle discrete e loro officii

I.

De discretis, earumque munere.

§. 118. L' assistente, la depositaria, e la maestra delle novizie saranno le discrete, o consigliere della superiora, la quale le consulterà in tutti gli affari d' importanza, e terminerà col parere loro ciò, che è meglio a farsi; esse proporranno nella loro adunanza quello, che potrà sembrargli più espediente per il vantaggio spirituale, e temporale della comunità e dell' istituto; ma senza il permesso espresso della superiora non faranno menzione fuor del loro congresso delle misure propostevi, e discusse, nè sul sentimento dato da qualcuna di loro sul soggetto delle loro deliberazioni.

II.

Idem ut supra.

§. 119. Ogni discreta darà candidamente il suo parere, e ne assegnerà le ragioni con umiltà senza affettazione, o attacco ostinato al proprio sentimento. Dalla superiora sarà destinata una delle discrete per segretaria a scrivere quanto si risolve, e si decida in capitolo, o nel discretorio.

CAPO VIII.

Delle adunanze capitolari.

I.

De congressibus capitularibus.

§. 120. Le sorelle che hanno il voto si uniranno in capitolo quante volte la superiora crede espediente di

Bull. Rom. Tom. XII. F. 79.

sentire il loro parere in materie d' importanza per la comunità. Si uniranno in una adunanza particolare ogni sei mesi per consultare insieme sulle qualità, e disposizioni delle candidate, e delle novizie; si aduneranno ancora un mese prima, che la candidata sia ammessa all' abito, e due mesi prima, che le novizie siano ammesse alla professione, per determinare con i voti de' fagioli bianchi e neri intorno la loro accettazione, o dimissione. Ma sapendosi notoriamente prima di quest' adunanza che la candidata non ha le qualità richieste, e le disposizioni per l' istituto, immediatamente sarà dimessa.

II.

§. 121. In capitolo con attenzione, ed in silenzio ascolteranno qualunque cosa si ponga in deliberazione, ponderando bene avanti al Signore ogni materia nella loro mente, daranno il loro parere con modestia, candore, ed umiltà. Nelle adunanze, che riguardano le candidate, e le novizie, la maestra delle novizie dichiarerà quel che conosce, dell' indole, e disposizione de' soggetti, e della loro abilità ed attaccamento per l' istituto, e nello scrutinio la pluralità de' fagioli bianchi, o neri deciderà della loro accettazione, o dimissione. Ma in tutte le loro risoluzioni, e specialmente riguardo all' accettazione, o dimissione de' soggetti, procureranno le vocali di spogliarsi di ogni rispetto umano, e di non aver altro in vista, che la maggior gloria di Dio, ed il vantaggio dell' istituto.

III.

§. 122. Tutte le transazioni in capitolo saranno tenute segrete inviolabilmente. Si comincerà sempre coll' inno *Veni Creator*, e l' orazione *Deus qui corda*, col *Sub tuum praesidium*, e si termineranno le loro adunanze colla *Salve Regina*.

CAPO IX.

Della divozione alla passione di Gesù Cristo, ed alla sssma Eucaristia.

De devotione erga Salvatoris passionem, et sacram Eucharistiam.

§. 123. Le sorelle di questa pia congregazione avranno una tenera divozione per la passione del Nostro Signore, e Redentore Gesù Cristo. Spesso ne richiameranno alla mente li diversi punti, e circostanze, affine di eccitare nei loro cuori un vivo desiderio di conformarsi al loro appassionato Redentore; persuase, che per essere a parte della di lui gloria, conviene essere qui a parte delle di lui umiliazioni e de' patimenti. Offriranno tutti i penosi travagli, e fatiche del loro stato, le mortificazioni, che soffrono, gli stenti, e le pene del corpo, e dell'anima in unione de' patimenti del loro crocifisso sposo. Ogni venerdì faranno la loro meditazione su qualche punto della passione, ed alle ore tre dopo il mezzo di inginocchiate tutte insieme, o ciascuna in particolare adoreranno Gesù Cristo fatto per noi obbediente fino alla morte, e morte della Croce, ed offriranno *cinque Pater e cinque Ave* in onore delle sue sagre piaghe, e morte, per quelli che sono in agonia, o in istato di peccato mortale, e per tutte le anime del purgatorio.

II.

Idem ut supra.

§. 124. Gesù Cristo realmente presente nella santissima Eucaristia sarà ancora l'oggetto del loro più tenero amore, e della loro divozione. Rifletteranno spesso alla infinita carità, che dimostra per loro in questo sempre adorabile sacramento, e con frequenti visite in ciascun giorno faranno assiduo corteggio al loro celeste sposo nel trono del suo amore coll'unire gli atti di adorazione, di lode, di ringraziamento, e i loro omaggi, con gli omaggi che gli angeli, i quali costantemente lo corteggiano nel sacro tabernacolo, incessantemente gli offrono. In tutte le loro pene, ed angustie di spirito, in tutte le loro agitazioni, afflizioni, e tentazioni cercheranno a piedi del suo altare il conforto, e la consolazione, come egli amorosissimamente invita con quelle parole: *Veni-*

te ad me omnes qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos.

III.

§. 125. Professeranno altresì una tenera divozione al sacro cuore di Gesù, secondando li pii desiderii, e sentimenti di Santa Chiesa, con innalzare la loro mente, e i loro affetti a quell'infinito amore, che il divin Redentore ha mostrato per l'uman genere nella istituzione del sacramento della Eucaristia, e nella sua dolorosa passione, e morte sofferta per il nostro riscatto. Procureranno dal canto loro di dare qualche compenso per quelli oltraggi, onde si mal corrisponde a tanto amore la malvagità, ed ingratitude degli uomini.

CAPO X.

Della divozione verso la beatissima Vergine, e gli altri santi.

I.

§. 126. La divozione a Maria, sempre vergine, e madre di Dio è sempre stata la divozione favorita di tutte le persone religiose, e raccomandata specialmente in ogni istituto regolare. Ma siccome questa congregazione è immediatamente sotto la di lei protezione speciale, e siccome dopo Dio ne è la prima protettrice, e padrona, avranno per lei le sorelle la più fervorosa, e affettuosa divozione, riguardandola in un modo particolare come loro madre, e come il gran modello, che sono obbligate ad imitare, affinché colla di lei intercessione, ed efficace protezione siano rese capaci di adempire gli obblighi del loro santo istituto, e di piantare Gesù Cristo nelli teneri cuori di quelle povere fanciulle, che sono incaricate d'istruire.

II.

§. 127. Esse avranno ciascuna di loro individualmente una confidenza illimitata in lei: ricorreranno ad essa in tutte le loro angustie, e necessità spirituali, e colle imitazioni delle di lei virtù si studieranno di piacerle, e di rendersi degne del materno di lei patrocinio. Solennizzeranno le sue feste

Idem ut supra.

De devotione erga b. Virginem, et alios sanctos.

Idem ut supra.

con tutta gioja spirituale, e con divozione, ed istilleranno nelle menti delle povere fanciulle, e di tutti quelli, co' quali avessero qualche influenza, un cordiale rispetto, venerazione, ed amore per essa. Ciascun giorno reciteranno a di lei onore cinque poste di rosario.

III.

Idem ut supra. §. 128. Il giorno della Presentazione, festa titolare di questa congregazione tutti gl'individui della comunità inginocchiati con candele accese nelle mani avanti l'altare della beatissima Vergine annualmente faranno il seguente atto di consacrazione di loro stesse, e della congregazione, che la superiora leggerà in voce intelligibile in nome, e per parte della comunità, ed ogni nuova professa la farà privatamente nel giorno della sua professione.

Atto di offerta e consacrazione alla ssima madre di Dio.

Santissima, e gloriosissima Vergine madre di Dio, noi sorelle della congregazione della caritatevole istruzione persuase di quanto abbiamo bisogno della grazia del Signore per adempire agli ardui doveri, ed obblighi del nostro istituto, ed anche della grandezza del vostro potere presso Gesù Cristo, e della vostra bontà verso li poveri cristiani umilmente ci rivolgiamo a voi in questo giorno, come a madre di misericordia con piennissima fiducia di ottenere la divina assistenza per mezzo della vostra santa intercessione. Noi dunque, clementissima Vergine, prostrate innanzi a voi con tutta umiltà fervorosamente vi preghiamo, che vi degniate di accettare graziosamente l'offerta, che noi tutte irrevocabilmente facciamo di noi stesse in questo santo giorno al vostro amore, e servizio, proponendo colla divina assistenza di portar sempre a voi il più cordiale rispetto, e venerazione; e d'impegnare tutti gli altri, per quanto ci sarà possibile, ad amarvi, onorarvi, e rispettarvi. Degnatevi, purissima, ed immacolata Vergine madre di Dio di riceverci tutte, e ciascuna di noi in particolare sotto la vostra santa protezione.

Noi vi riguardiamo come nostra madre, nostra signora, e maestra, e come nostra padrona, protettrice, avvocata, e direttrice nostra, supplicandovi umilmente di ottenerci il perdono de' nostri peccati, delle negligenze, e delle offese. Vi preghiamo ancora di ottenerci dall'infinita bontà del vostro amato figlio, che questa piccola congregazione della caritatevole istruzione, della quale noi siamo indegni membri, sempre, ed in tutte le occasioni venga favorita colla vostra speciale assistenza, e particolarmente nelle ardue funzioni dell'istituto; e nella pratica di ogni virtù religiosa. In fine vi supplichiamo caldamente, che benignamente vi degniate di ottenere, che regni sempre fra di noi una perfetta unione de' cuori, e d'animi, che siamo sempre fedeli alla debita osservanza delle nostre regole, che perseveriamo fino al termine della vita nella grazia della nostra vocazione, affinché avendo fedelmente servito il vostro diletto figlio coll'imitare le vostre virtù qui in terra, possiamo con voi, e con tutti gli eletti lodarlo e glorificarlo in cielo per tutta l'eternità. Amen.

IV.

§. 129. Li santi, alli quali le sorelle di questa congregazione religiosa vengono raccomandate specialmente sono li seguenti: s. Giuseppe, s. Anna, s. Gioacchino, li ss. apostoli Pietro e Paolo, s. Giovanni Evangelista, s. Agostino, s. Monica, s. Patrizio, s. Brigida, s. Francesco di Sales, s. Francesco Saverio, s. Vincenzo de Paolis, s. Giuseppe Calasanziò fondatore delle scuole pie, e la beata Angela de Merici. *Idem ut supra.*

CAPO XI.

Dei registri.

I.

§. 130. Quattro libri, o registri si terranno in ciascuna casa dell'istituto. Uno per gli annali della congregazione, uno per li conti del dare e dell'avere della casa, uno per registrare le risoluzioni fatte in capitolo, ed il quarto per registrare gli atti di accettazione, o professione. *De custodia librorum communitatis.*

II.

Idem ut supra.

§. 131. Nel libro degli annali sarà notato il racconto del principio e del progresso della congregazione; li nomi, e le qualità de' fondatori, o fondatrici dello stabilimento; il vescovo sotto di cui furono fatti; quelli che più vi contribuirono; li fatti memorabili accaduti; li differenti stabilimenti che furono formati; le sorelle religiose, che incominciarono la fondazione; le sorelle, che morirono nella casa illustri per le loro virtù, e per la santità di vita; il giorno, mese ed anno della loro morte, e tutte le altre materie degne di esser trasmesse alla posterità.

III.

Idem ut supra.

§. 132. Nel libro delle accettazioni, o professioni si registreranno li nomi delle candidate, novizie, e professe, e delli loro parenti; la loro età, giorno, mese ed anno che entrarono nel convento; il giorno mese ed anno in cui presero l'abito e professarono; gli atti di professione che saranno sottoscritti dalla professa, dal vescovo, o sacerdote, che officio, e dalla superiora ed assistente.

Formola

del registro di questo atto.

Suor N. N. chiamata in religione N.N. figlia di N.N. nacque nella parrocchia di N. N. della diocesi N.N. fu battezzata e cresmata. Essa entrò in questo convento in N. dell'anno N. prese l'abito di questo istituto nel N. dell'anno N. in età di anni N. fece la sua professione N. dell'anno N. nella cappella di questo convento della Presentazione col permesso (officiando il vescovo si aggiungerà) ed alla presenza dell'illmo e rmo padre monsig. N.N. vescovo di N. ed in presenza di suor N. superiora di questo convento; l'atto della qual professione essa fa, e sottoscrive nel modo e forma seguente.

Qui verrà inserito parola per parola l'atto della professione come fu dalla medesima fatto.

CAPO XII.

Degli stabilimenti.

I.

§. 133. Siccome le sorelle di questa congregazione sono intieramente dedicate alla istruzione delle povere, per la quale non possono ricevere alcun emolumento temporale, e siccome dalle costituzioni gli è rigorosamente proibito di ricevere pensionarie, o educande non s'intraprenderà alcun nuovo stabilimento, se non vi sarà un fondo certo corrispondente al mantenimento delle sorelle, che vi entrano debitamente esaminato, ed approvato dal vescovo, e dalle discrete del convento.

De congregationibus non augendis sine episcopi licentia.

Fine.

§. 134. Dichiaramo, che non è nostra intenzione che queste regole, e costituzioni compilate per la congregazione delle sorelle della caritatevole istruzione obblighino sotto pena di peccato mortale, o veniale a riserva di ciò, che riguarda l'osservanza e adempimento de' voti, e della trasgressione di qualche articolo, che indipendentemente dalle regole, per se stesso sia d'obbligo.

Conclusio.

Cork 15 agosto 1793.

Francesco Moylan vescovo di Cork.

Noi sottoscritti approviamo le precedenti regole, e costituzioni.

Riccardo O-Reily arcivescovo di Armagh.

Fra Gio. Tommaso Troy arcivescovo di Dublino.

Tommaso Bray arcivescovo di Cashel.

Eduardo Dillon arcivescovo di Tuam.

Giacomo Caulzield vescovo Ferenese.

Giacomo Lanigan vescovo di Osery.

Carlo Sughrue vescovo di Therry.

Decretum sacræ congregationis
de Propaganda Fide
habitæ die 17 septembris 1804.

Decretum sa-
cræ congrega-
tionis de Pro-
paganda Fide
super appro-
batione regu-
larum.

§. 155. Quum r. p. d. Franciscus Moylan episcopus Corcagiensis in Hiberniæ regno ad emos patres hujus sacræ congregationis retulisset, nobilem fæminam catholicam Honoratam Nagle fel. mem. opes suas in plurimarum piarum domorum foundationem impendisse eo consilio, ut nempe eæ virgines in eisdem reciperentur, quæ sibi puellas præcipue pauperes in catholici fidei rudimentis informandi, honestisque artibus instruendi; tum etiam mulieres ægotantes in publicis nosocomiis invisendi, easdemque spiritalibus, ac temporalibus auxiliis adjuvandi munus susciperent: et plures jam repertas esse virgines, quæ eidem instituto nomen dare, ac onera supra allata suscipere vellent; ideoque ejusmodi instituti ab apostolica hac sancta Sede approbationem petiisset: sanctæ memoriæ Pius papa VI de eminentissimorum patrum hujus sacræ congregationis consilio literis apostolicis in forma brevis 3 septembris anni 1791 datis, facultatem eidem episcopo impertitus est, supramemoratas piarum domos, seu collegia etiam in aliis diœcesibus (dummodo consensus accederet proprii ordinarii) erigendi, ac instituendi, in eademque virgines, quæ præfata onera sustinere debeant, recipiendi; quæ expleto probationis tempore tria simplicia vota paupertatis, castitatis, et obedientiæ emitterent; omnesque indulgentias, ac spiritalia gratias monialibus Ursulinis, earumque collegiis, et ecclesiis jam concesserat idem summus pontifex ipsi novo instituto clementer impertiit; episcopoque Corcagiensi injunxit, ut regulas, ac constitutiones ad institutum Ursularum conformes concinaret, quas præfate virgines a Præsentatione beatæ virginis Mariæ profiteri deberent. Hinc ab eo tempore, quo prædictum institutum apostolicam approbationem reportavit impensius idem coli coepit in domo matrici Corcagiensi, et paulatim propagari, ut jam ad civitates, et diœceses Dublinensem, Waterfordiensem, Kilkennensem, et ad oppidum Killaney se se extenderit, eo sane felici successu, ut non solum quam plurimæ puellæ,

sed et adultæ, et nuptæ doctrinæ fidei, ac morum plerumque insciæ in collegiis ejusdem instituti erudiantur. Qua de re cum prælaudatus episcopus, regulas constitutionesque condidisset, misissetque ad hanc eandem sacram congregationem pro approbatione apostolica: ac precatus esset, ut loco simplicium votorum consueta religionis vota solemnia in posterum ab ipsis virginibus emititi deberent, quarto etiam solemnii voto addito, puellas præsertim pauperes educandi, easdem in religionis præceptis erudiendi: *Id enim (ut ipse testatur episcopus) omnes ejusdem instituti virgines impensius efflagitant; unde oritur instituti stabilitas et perfectio, ob cujus defectum nonnullæ retraherentur virgines alias valde idoneæ, et zelo gloriæ Dei astuantes ab illo complectendo.* Em̄ patres hujus sacræ congregationis re bene expensa, atque examinata, post emendationem, et correctionem earundem regularum, et constitutionum ad normam exempli supra extensi censuerunt supplicandum esse SSmo pro earundem regularum, et constitutionum approbatione; ac pro indulto, ut sacræ virgines, expleto tyrocini tempore, ad solemnem votorum professionem admitti valeant, addito quarto voto puellas præsertim pauperes educandi, ac in catholici fidei rudimentis, ac præceptis imbuendi, ita tamen, ut e monasterii septis (nisi gravissimis de causis a jure sancitis) egredi nequeant; derogando (quate nus opus sit) alteri injuncto oneri in literis brevibus Pii pp. VI. supramemoratis, invisendi scilicet ægotantes mulieres in publicis nosocomiis.

Quam sacræ congregationis sententiam SSmo domino Nostro, in audientia habita die 27 septembris ejusdem anni a me archiepiscopo Myrensi, et hujus sacræ congregationis secretario relatam, Sanctitas Sua benigne approbavit in omnibus, literasque apostolicas in forma Brevis expediri jussit.

Datum Romæ ex ædibus ejusdem s. congregationis de Propaganda Fide die 16 februarii 1805.

A. card. Dugnani pro-præfectus

Dominicus archiep. Myren. Secr.

Loco ✱ signi

Confirmatio
apostolica.

§. 136. Quæ quum sint, tu hunc Nobis deprecari fecisti, ut hujusmodi regulas per Nos adprobari, dictisque concedi virginibus, quatenus liceat ipsis e simplici statu oblatarum in veras moniales sub titulo, et invocatione Præsentationis beatæ Mariæ virginis perpetuo transire, de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur in re, quæ tum omnipotentis Dei gloriam, tum sanctæ religionis augmentum tantopere spectat, zelo fraternitatis tuæ, ac votis virginum prædictarum libenter obsecundare, teque, ac virgines ipsas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, nec non singularum ipsarum personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de memoratorum cardinalium consilio, præinsertas constitutiones, seu regulas cum omnibus, et singulis in eis contentis auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, ratasque, ac validas habemus, et declaramus, illisque perpetuæ, et inviolabilis firmitatis robur adijcimus, ac si quem sive juris, sive facti defectum quomodolibet in eadem irrepsisse contigerit plenarie sanamus, atque supplemus: deinde supradictis virginibus præsentibus, et futuris, ut post expletum tyrocini tempus, ad solemnem, servatis alias servandis, professionem votorum, addito etiam quarto educandi puellas præsertim pauperes, imbuendique eas præceptis, et rudimentis catholicæ fidei, libere recipi, admittique possint si valeant, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus; ita tamen, ut ipsæ in posterum sub recensitis regulis, et constitutionibus vivere, ordinariorumque jurisdictioni subesse, clausuræ leges servare, nec unquam propterea a monasterii septis, nisi ob gravissimas causas in constitutionibus expressas, et a jure sancitas, egredi debeant: ad quem effectum, quatenus opus sit, super onere inviendi, uti præmissum est, mulieres nosocomiorum infirmas cum ipsis dispensamus expresse, literisque prædecessoris quoad onus hujusmodi penitus derogamus, ac derogatum esse decer-

nimus. Eisdem literis, ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Indulgentias porro omnes, et gratias spirituales jam alias ab eodem prædecessore isti pio instituto concessas prædicta auctoritate confirmamus.

Datum Romæ de speciali mandato SSmi die nona aprilis millesimo octingentesimo quinto, pontificatus sui anno sexto.

CCCLXI.

Confirmatio electionis ministri provincialis, et destinationis domus probationis, et professionis cum erectione congregationis Galiciarum in provinciam regularem, pro ministro provinciali Galiciarum ordinis sancti Pauli primi eremitæ.

Dilecto filio Hilarioni Bobrowski ministro provinciali ordinis fratrum sancti Pauli primi eremitæ nuncupatorum.

Pius PP. VII.

Dilecte fili salutem,
et apostolicam benedictionem.

§. 1. **R**eligionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita, super quibus apud Nos fide dignis commendaris testimoniis Nos adducunt, ut te specialibus favoribus, et gratiis prosequamur liberales.

§. 2. Expositum siquidem Nobis tuo nuper nomine fuit, quod in binis, sicut asseritur, Austriacæ dittonis Galiciis octo existunt cœnobია ordinis fratrum sancti Pauli primi eremitæ nuncupatorum, olim unita, partemque integram conflantia provinciæ Poloniensis ejusdem ordinis, sed in præsentiarum sejuncta omnino ab ea provincia ob nuperas Poloniæ regni vicissitudines, quibus regionum istarum res permutatæ fuerunt. Nihilominus minus cœnobiis hujusmodi apostolica est impertita facultas suum eligendi provincialem ministrum, propriamque habendi domum probationis et regularis professionis, pro qua conventus Bezoviæ designatus per-

Dat. die
26 aprilis
1805
anno VI.

Expositio præcunt.

mansit. Ut autem talis facultas, quæ exinde illius vigore acta et constituta sunt, solidiorem etiam in posterum sortiantur observantiam, tu ministerii tui zelo permotus cuncta hæc per Nos approbari, et confirmari, atque, ut infra, quoque indulgenti vehementer exoptas, enixisque humiliter precibus a Nobis efflagitas.

§. 3. Nos igitur te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quasi fonte incurristi, hujus tantum rei gratia, absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinatis, electionem seu electiones ministerii provincialis, ac designationem domus probationis, et professionis a recensitis cœnobiis sic, ut præfertur, ex apostolico indulto peractas auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus, ratasque, et validas habemus, et declaramus, ac inviolabilis firmitatis robur illis adiicimus, omnesque ac singulos sive juris, sive facti defectus, si quos quomodolibet in præmissis intervenisse contigerit, sanamus, atque supplemus: deinde eadem octo cœnobia in prædictis Galiciis jam erecta, aliaque ibidem postmodum erigenda, in regularem provinciam pari auctoritate nominamus, atque instituímus, ac ei ita nominata, atque instituta, ut provincialia comitia celebrare, ac omnia et singula, quæ in illis juxta dicti ordinis constitutiones a Sede hac apostolica approbatas deliberari ac decerni solent, tunc deliberare atque decernere, nec non juribus, privilegiis, gratiis, indultisque universis, quibus dum Poloniensi dictæ provinciæ unita erat, et particularem constituere congregationem antea gaudebat, uti, frui, et gaudere libere, ac licite valeant, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, tum et prædicti ordinis, et provinciæ Poloniensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superio-

ribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis, quibuscumque. Datum Romæ de speciali mandato Nostro sub annulo piscatoris die vicesima sexta aprilis, millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXII.

Communicatio indulgentiarum, quibus gaudet archiconfraternitas sanctæ Mariæ supra Minervam de urbe, et erectio ejusdem confraternitatis in archiconfraternitatem cum facultate adgregandi pro confraternitate ssmi Sacramenti Petræ Sanctæ Pisane diœcesis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni officiales, et confratres confraternitatis sub titulo sanctissimi Sacramenti in adnexo præpositoriali ecclesiæ Petræ Sanctæ Pisane diœcesis oratorio canonice, ut asseritur, erectæ, quod ipsi, ut animarum suarum profectui, melius consultum sit, omnibus, et singulis indulgentiis, peccatorum remissionibus, ac pœnitentiarum relaxationibus, aliisque spiritualibus gratiis, quibus archiconfraternitas ejusdem sanctissimi Sacramenti in ecclesiâ sanctæ Mariæ supra Minervam nuncupata de urbe erecta fruatur, et gaudet, per Nos locupletari, ac etiam ad majorem Dei gloriam confraternitatem hujusmodi

Dat. die
26 aprilis
1805
anno 71.

Expositio præ-
cæm.

Tenor concessio-
nis.
non allegandi
in processu

Darogatio con-
trariorum.

archiconfraternitatis titulo decorari plurimum desiderant.

Tunc exco-
sionis

§. 2. Nos piis eorumdem exponentium votis hac in re, quantum cum Domino possumus annuere volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati; auctoritate Nobis a Domino tradita; deque omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, et singulis confratribus, et consororibus in dicta confraternitate adscriptis, et in posterum adscribendis indulgentias tam plenarias, quam partiales, aliasque spirituales gratias archiconfraternitati prædictæ sanctissimi Sacramenti supra Minervam de urbe ab hac sancta Sede jam alias impertitas, dummodo injuncta pro illis consequendis rite adimpleverint, auctoritate apostolica, tenore præsentium perpetuo communicamus, tribuimus, et impertimus: nec non confraternitatem prædictam sanctissimi Sacramenti in archiconfraternitatem cum omnibus, et singulis prærogativis, juribus, honoribus, et præminentis solitis, et consuetis, auctoritate, et tenore prædictis, sine cujusquam præjudicio perpetuo erigimus, et instituimus; ac ipsius archiconfraternitatis sic erectæ officialibus, et congregatis præsentibus, et futuris, ut ipsi alias quascumque confraternitates ejusdem instituti extra urbem ubique locorum erectas eidem archiconfraternitati, servata tamen forma constitutionis recolendæ memoriæ Clementis pp. VIII. prædecessoris Nostri editæ, adgregare, illisque omnes, et singulas indulgentias, et peccatorum remissiones, ac pœnitentiæ relaxationes ipsi archiconfraternitati sic in archiconfraternitatem a Nobis erectæ concessas communicare libere, et licite possint, et valeant, eadem auctoritate concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes ipsas præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; ac illis, ad quos spectat, et

pro tempore spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; et ab eis respective, inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane; si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; nec non quatenus opus sit, supradictæ confraternitatis, aliisque etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus; et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ de speciali mandato Nostro sub annulo piscatoris die vicesima sexta aprilis millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

Derogatio contrariorum.



Dat. die 30 aprilis 1905 anno VI.

Capitulo, et canonicis cathedralis ecclesie Lyciensis conceditur usus baculi in pontificalibus pro iis temporibus tantum, quibus sedem episcopalem Lyciensem vacare contigerit.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii dignitates, et canonici presbyteri cathedralis ecclesie Lyciensis, quod dudum sibi sub certis modo, et forma tunc expressis auctoritate apostolica indulsumus, ut pontificalia deferre, ac in pontificalibus celebrare ad instar dignitatum, et canonicorum metropolitanae ecclesie Neapolitanae, excepto tamen pastoralis, seu abbatiali baculo libere, et licite possent, ac valerent, ac alias, prout in Nostris desuper in simili forma brevis die ii. octobris anni superioris expeditis literis, quarum tenorem presentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius continetur. Cum autem sicut in eadem expositione additum erat, ipsi dignitates, et canonici etiam baculo predicto uti posse plurimum desiderant, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur eosdem exponentes amplioris gratiae favoribus prosequi volentes, atque eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinanti, eisdem dignitatibus, et canonicis presbyteris nunc, et pro tempore in perpetuum existentibus, ut in pontificalibus hujusmodi habendis etiam baculo predicto ad instar memoratae metropolitanae ecclesie Neapolitanae, ac pro iis temporibus dumtaxat,

quibus sedem episcopalem Lyciensem vacare contigerit libere, et licite uti, eorumque gestare possint, et valeant, servata tamen in reliquis precedentium literarum Nostrarum forma, et dispositione, auctoritate apostolica, tenore presentium concedimus, et indulgemus.

celebratione, ac distributionum quotidianarum, et aliorum emolumentorum exactione, perceptione, repartitione, divisione poenarum per absentes et divinis officiis hujusmodi non interestes, seu onera, et muneris eis, et eorum cuilibet incumbencia subire negligentes incurendarum incursum, singulorum presentis et absentis notandis, caeremoniis, et ritibus in dicta cathedrali ecclesia Kielcensi, ut praefertur, erigenda, illiusque choro, capitulo, processionibus, aliisque actibus praefatis servandis, officialibus, et ministris dictae cathedrali ecclesiae Kielcensi, ut praefertur, erigendae necessariis deputandis et amovendis, servitiis et ministeriis per ipsos obeundis, ac eis salariis et stipendiis praestandis, et quibusvis aliis rebus in praemissis, et circa ea quomodolibet necessariis, et opportunis quaecumque statuta, ordinationes, capitula, decreta, licita tamen et honesta, sacrisque canonibus et decretis concilii Tridentini praedictis, ac praedictis constitutionibus apostolicis minime contraria, ac per futurum episcopum Kielcensem prius examinanda et approbanda edere, et edita, praevia approbatione praefati futuri episcopi Kielcensis, declarari, et interpretari, et ad meliorem formam redigere, reformare, seu alia de novo ex integro, ac, ut praefertur, eisdem sacris canonibus ac decretis concilii Tridentini praedicti, dictisque constitutionibus apostolicis minime adversantia, ac, ut, praefertur, examinanda et approbanda, et ab eis ad quos pro tempore spectabit sub poenis in contravenientes statuendis observanda, et adimplenda condere libere et licite possint et valeant eadem apostolica auctoritate licentiam, et facultatem concedimus atque impertimur.

§. 11. Nec non praedicto Francisco imperatori et regi, ejusque in regimine successoribus jus nominandi, seu praesentandi infra tempus a jure praefixum Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti personam idoneam ad dicitam cathedralem ecclesiam Kielcensem, ut praefertur, erigendam tam prima vice a primava illius erectione vacatura, quam in futuris illius vacationibus quomodolibet, non tamen apud Sedem apostolicam occurrentibus eisdem modo et forma quibus episcopi ecclesiarum in regnis Galiciae existentium a Sede apostolica praedicta

hactenus praefici consueverunt. Nec non aliud jus quoque nominandi, seu praesentandi coram ordinario loci ad dignitates atque canonicatus, et praebendas dictae cathedralis ecclesiae Kielcensis, ut praefertur, erigendae, aliaque beneficia ecclesiastica in ea existentia, personas itidem idoneas eadem apostolica auctoritate perpetuo quoque reservamus, concedimus, atque assignamus.

§. 12. Decernentes suppressionem, extinctionem, erectionem, institutionem, translationem, disjunctionem, exemptionem, concessionem, assignationem, suppositionem, subjectionem, approbationem, constitutionem, et adscriptionem per te faciendas hujusmodi, et postquam illae per te factae fuerint praesentes Nostras literas apostolicas semper et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, et ab omnibus ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, et legitima, etiam ex eo quod causae propter quas eadem praesentes emanarunt adductae, verificate, et justificatae non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, seu quopiam alio quantumvis magno, substantiali, substantialissimo, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et individuum mentionem et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo, quod in praemissis, eorumque aliquo solemnitates, et quavis alia servanda et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure, vel facto, seu statuto, aut consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimae, totalisque lesionis, aut quocumque alio colore, praetextu, aliaque ratione, vel causa quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, aut ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris vel facti, aut gratiae, vel justitiae remedium

Clausula salutares, et irritantes.

Reservatio juris patronatus favore regis, ejusque successorum.

impetrari, seu quomodolibet etiam motu, et scientia similibus concessio, et impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se juvari in iudicio vel extra illud posse, neque easdem presentes sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per quas-cumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas quomodocumque etiam in crastinum assumptionis Nostræ ad summi apostolatus apicem etiam motu, scientia et potestatis plenitudine paribus, etiam consistorialiter, ex quibuslibet causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiam in eisdem præsentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat editas, et in posterum edendas comprehendit; sed semper ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore et esse; sicque et non aliter per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, dictæque Sedis nuncios, aliosque quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, prærogativa, privilegio fungentes, ac honore, et præ eminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate in quocumque iudicio, et in quacumque instantia iudicari et definiiri debere, irritum quoque et inane si secus super his a quopiam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Deputatio ex-
ecutoris apo-
stolici.

§. 13. Et insuper tibi omnes et singulas facultates, necessarias, et opportunas pro præsentium Nostrarum literarum apostolicarum executionis effectu quancumque personam in dignitate ecclesiastica constitutam subdelegare libere et licite possis. Ac tam tibi quam personæ a te subdelegandæ huiusmodi facultatem quoque, ut vos et alter vestrum super quacumque oppositione, quæ adversus præmissa in huiusmodi executionis actu quomodolibet erit oritura, servatis tamen quæ fuerint de jure servanda, etiam definitive pronuntiare similiter libere et li-

cite possitis, vel vestrum alter respective possit apostolica auctoritate prædicta tenore earundem præsentium concedimus et impertimur.

Derogatio con-
trariorum.

§. 14. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non Tarnoviensis, et Cracoviensis, et Chelmensis, et metropolitana Gnesnensis respective ecclesiarum; nec non collegiatae ecclesiæ Kielcensis prædictæ etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie; etiam motu, et scientia similiter pro tempore concessis, et concedendis; quibus omnibus et singulis etiam pro sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, illorumque omnium & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omissis, ac forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur iisdem præsentibus pro plene et sufficienter expressis habentes, aliis alias in suo robore permansuris latissime et plenissime, ac specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus hac vice dumtaxat harum quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, quod prædicta cathedralis ecclesia Kielcensis per te, ut præfertur, erigenda postquam tamen fuerit erecta juxta illius redditus ei, ut præfertur, assignatos ad florenos auri de camera tercentum et septuaginta tres cum uno tertio alterius floreni similis juxta decretum a Nobis approbatum de more taxari, et huiusmodi taxa in libris cameræ apostolicæ et collegii venerabilium etiam fratrum

Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium describi debeat.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quinto, idibus junii pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXVI.

Indultum addendi in veste oblonga partes inversas auro sericas pro magistratibus terræ Montis Georgii Firmanæ diocesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Dat. dia
12 junii
1805
anno VI.

Proemium.

§. 1. **P**aterna Nostra sollicitudo erga Nostros, et Sanctæ Romanæ Sedis in temporalibus subditos Nos movet, ut eorum votis, quantum cum Domino possumus, benigne annuamus, eosque specialibus gratiis, et favoribus libenter prosequamur.

Laudes terræ
Montis Geor-
gii.

§. 2. Cum itaque inter cæteras provinciæ Nostræ Picensæ terras terra Montis Georgii Firmanæ diocesis antiquitatis laude, domorum regularium utriusque sexus splendore, civium honorificentia, atque habitantium omnium in Romanos pontifices, et Sedem prædictam fide non mediocriter floreat, magistratusque habeat probos, multaque prudentia, morumque integritate præditos.

Ratio, et tenor
concessionis.

§. 3. Nos qui terram prædictam, ejusque universitatem, et homines præmissorum meritorum intuitu, propensiore quodam benevolentia Nostræ complectimur affectu, dilectos filios magistratus terræ hujusmodi aliquo beneficentiæ Nostræ munere decorare, et amplioris honorificentia prærogativa ornare volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus magistratibus dictæ terræ, ut ipsi in veste oblonga nigra,

vulgo "rubone" partes inversas auro sericas vulgo "mostre, ossia stolorne di lama d'oro" addere, et gestare, illisque in publicis quibuscunque actibus, et functionibus uti libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque magistratus desuper a quaquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quaquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§ 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ terræ Montis Georgii, aliarumque terrarum, et civitatum status Nostri Pontificii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima secunda junii millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

Derogatio contrariorum.

CCCLXVII.

Concessio alienandi bona ecclesiastica in regno Hispaniarum pro dimittendo ære alieno et extinctione pecuniæ papyraceæ.

Dat. die
14 junii
1805
anno VI.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **R**omanum decet pontificem pro eo, quo cunctos Christi fideles paternæ charitatis complectitur affectu, eorum præsertim regum, et populorum postulationibus benignas præbere aures, qui diutinis, ac gravissimis conflictati ærumnis, quum ingruentibus malis avertendis, moderandisque, satis eis vicium non suppetat, opem ab ejus flagitant auctoritate.

Proemium.

§. 2. Exponi equidem nuper Nobis fecit carissimus in Christo filius Noster Carolus Hispaniarum rex Catholicus, in eum statum res omnes publicas, privatasque quodam veluti ærumnarum cumulo eas urgente, suis in regnis adductas esse, ut vix nu-

Expositio præcæm porrectarum a rege catholico.

quam graviora inciderint tempora, quibus in levamen publicarum calamitatum pontificæ Nostræ sollicitudinis præsidium fuerit urgentioribus de causis imploratum. Siquidem diram per earum regionum ora grassantem, repullulantemque pestem, saevientem a pluribus annis summam annonæ caritatem, ingentes terræmotus, diuturna demum, asperrimaque bella in unum veluti ærumnarum cumulum, rarissimo, et unico forsitan exemplo congesta, ea intulisse vulnera, quibus nisi cita, et collatis undique viribus composita adhibeatur medela, fieri nequeat, quin omnium salus periclitetur. Quibus quidem eorum populorum infortuniis a rege narratis, quorum lacrimabilis notitia ad Nos undequaque ineffabili moerore pervenerat, eo commoti fuimus vehementius, quo magis religio, pietas, et erga apostolicam Nostram Sedem observantia, qua semper Hispaniarum reges, populique emicuerunt, Nostram excitavit sollicitudinem. Ex hisce autem tam miserandis calamitatibus, sicuti eadem expositio subjungebat, emerserat alia gravissima, et ipsa quoque, ac summopere exitiosa. Nam quum regium ærarium impar foret tot, tantisque sumptibus, quot ob ingruentia continuo, sibi que succedentia infortunia opus fuerat, indeclinabilis necessitas coegerat, nummis deficientibus, nummarias tesseras, quas vocant » *Vales reales*, sufficere, atque in vulgus emittere ad ingentem usque pecuniæ quantitatem, ex quo quidem afflictis, prostratisque suorum subditorum rebus in publicis omnibus, privatisque negociis, atque in universa commerciorum ratione, maxima, et in dies exitiosior perniciis imminebat, nisi propulsando morbo, quem præsens, atque urgens medelæ necessitas intulerat, nova, atque efficacia adhiberentur remedia. Quoniam vero idem carissimus in Christo filius Noster Hispaniarum rex levandis subditorum angustiis, procurandæque felicitati indesinenti sollicitudine intentus, sua aliorumque experientia commonefactus comperiit, se nec præsentibus incommoditates evertere, nec futuras, crescentesque in dies, maximumque exitium minantes antevertere posse, nisi et novis condendis tesseras nummariis modum, finemque imponeret, et jam editas,

vagantesque per suas regiones supprimeret, atque extingueret, eas in regiam arcam revocando, quæ ex re nomen habet, capsæ consolidationis, et extinctionis, idcirco Nobis quoque significavit, nullis pepercisse laboribus, et sollicitudinibus, ut quæ hanc in rem opportuniore, et conducentiora suppetere sibi possent subsidia, excogitaret, compararetque. Quæ dum ageret animo consilia, totusque esset in illis, non sine ingenti moerore pro veri fide, quam compertissimam habuimus, novissime declaravit, tantam hanc rem, tamque ad omnium subditorum incolumitatem necessariam ob præsentem rerum, temporumque conditionem ad exitum perducere haud posse, nisi suppetitas etiam ferrent bona ecclesiastica, facta sibi scilicet potestate, ea distraendi, congestamque ex pretio pecuniam vertendi in extinctionem monetæ papyraceæ, ac ad relevandas alias gravissimas, et urgentissimas ejusdem regni Hispaniarum necessitates Nobis expositas.

§. 3. Quam rem quum piissimus rex proponeret, conditionem addidit qua indemnitati ecclesiasticorum, qui eadem bona possident, prospectum foret ope annuæ pensationis alienatorum bonorum redditui plene respondentis, perpetuis futuris temporibus, iis a supradicta regia consolidationis capsula ullo absque onere, atque ullo procul periculo præstandæ. Pro sua autem, suorumque prædecessorum singulari pietate, et religione apprimè sibi conscius, suum haud esse de hisce decernere, nisi vicaria, qua fungimur, Dei auctoritas accederet, supplex idcirco Nos adiit, ut hanc in rem de apostolicæ Nostræ potestatis plenitudine, sibi, suisque providere dignaremur.

§. 4. Nobis vero rerum, temporumque conditiones serio meditantibus, præter aliorum Nostrorum prædecessorum exempla animo obversata continuo est indulgentia prorsus huic similis, quam felicitis recordationis prædecessor Noster Gregorius XIII. abnegandam haud duxit Philippo II. Hispaniarum regi, ob exterorum bellorum motus, quamvis non ita graves interius Hispanica ejus regna calamitates urgerent, nec ea impenderet necessitatis vis, atque aliorum omnium præsidiorum inopia, et angustia, qua nunc bonorum omnium

Conditio proposita pro obtinenda licentia alienandi bona ecclesiastica.

Tenor concessionis.

luctu eadem regna obruuntur. Ad hæc vero, non potuimus non animo advertere in ecclesiasticorum quoque bonorum possessores utilitatem non exiguam ex eo derivari, quod publicis incommoditatibus ex rei monetariæ perturbatione proficiscentibus opportunò quantocitiùs consulatur remedio. Quas ob causas minime dubitantes, quin clerus regnorum Hispaniarum, licet Nobis indulgentibus, alia extra ordinem onera sustineat, ad publica paranda commoda, et ad publicas res in feliciorum statum promovendas pro sua in dilectissimum regem, Hispanamque nationem charitate qualemcumque suam opem sponte sit præbiturus; ac vestigiis inhærentes Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum felicitatis recordationis Clementis VII., Pauli III., Julii etiam III., ac præsertim Gregorii XIII., eidemque Carolo regi specialem gratiam facere volentes, ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine facultatem concedimus, ut in universo catholici regis dominio tot alienari possint ecclesiastica bona, quot simul respondeant annuo libero redditui ducentorum millium, et non ultra, ducatorum auri de camera. In hac autem alienatione peragenda in respectivis Hispaniarum diæcesibus alienandorum bonorum annuus nitidus fructus computandus ex redditibus habitis spatio quinquennii decursi ab initio anni 1798 usque, et per totum annum 1802 ab archiepiscopis, episcopis, et locorum ordinariis conjunctim cum regiis ministris desumendus erit. Quod si circa hujusmodi eorum bonorum annui liberi redditus æstimationem, vel alia quacumque de causa, aliæque exoriantur quæstiones, aut difficultates, hæc omnes ab infrascriptis præsentium literarum Nostrarum executoribus agnoscendæ erunt, planeque dirimendæ. Si vero contingat, quod bona ipsa tempore dismembrationis, ac separationis vigore præsentium faciendæ vacantia existant, aut suo careant pastore, nullatenus de illis, usque dum novos suos habuerint rectores, erit disponendum. Statim ac autem modo, et forma supra enunciatis peracta fuerit designatio tallium bonorum, illorumque annuus respective fructus erit unanimiter æstimatus, et insuper a prædicto Carolo rege quibuslibet ecclesiasticis personis,

Bull. Rom. Tom. XII. F. 80.

et communitatibus, ac piis locis, vel fundationibus, aut legatis, nec non utriusque sexus regularium etiam exemptorum ordinum conventibus, ac monasteriis æqualis annua summa memoratis fructibus respondens, atque integre semper, et absque ulla vel minima mora, aut imminutione etiam sub titulo vel taxæ vulgo *di vallimento* nuncupatæ, vel reductionis cujuscumque, aut expensarum ratione exactionis recurrentium a supradicta consolidationis, et extinctionis regni capsæ unicuique libere in numerata pecunia persolvenda, realiter, et cum effectu (super quo ipsius Caroli regis conscientiam oneramus) fuerit perpetuo constituta; tunc, et non antea bona hujusmodi, nullo ad hoc requisito consensu præsulum, priorum, præpositorum, abbatum, abbatisarum, capitulorum, rectorum, conventuum, monasteriorum, et personarum quarumlibet illa obtinentium, quacumque ecclesiastica licet eminenti dignitate præfulgentium censenda erunt ab ecclesiæ bonis dismembrata, et separata, atque antedictæ consolidationis, et extinctionis regni capsæ, nec non relevandis aliis gravissimis, et urgentissimis regni Hispaniarum necessitatibus libere applicata, et appropriata, prout Nos ex nunc pro tunc, attentis gravissimis enunciatis causis de specialis dono gratiæ apostolicæ auctoritate dismembramus, ac separamus, et respective applicamus, atque appropriamus, nec non annuam summam a regio arario, ut supra persolvenda in locum dictorum bonorum dismembratorum, ac separatorum cum iisdem oneribus, et obligationibus ex nunc pariter pro tunc favore cujuslibet possessoris respective perpetuo substituimus, et perpetuo subrogamus. Quibus dismembrationibus, ac separationibus, nec non applicationibus, et appropriationibus respective peractis, eidem Carolo regi plenam potestatem facimus, ut bona ipsa cum suis cujuscumque generis fructibus, quæ in præmissa forma regali coronæ erunt adjudicata, pro pretio reperibili, ac sibi beneviso juxta regiam suam prudentiam, ac arbitratum vendere, transferre, assignare, atque alienare, ad effectum tamen pretium ex tali venditione, et translatione, ac designatione, atque alienatione retrahendum in extinctionem; et annullatio-

nem nummorum repræsentativorum *vales reales* nuncupatorum, et ad prædictas relevandas gravissimas, et urgentissimas ejusdem regni necessitates fideliter erogandi libere, ac licite possit, et valeat absque eo quod vel in præsentiarum, vel unquam in posterum ulli ex archiepiscopis, episcopis, præsulibus, præpositis, prioribus, mensis, capitulis, dignitatibus, officiis, ordinibus etiam exemptis, monasteriis, conventibus, piis locis, foundationibus, ac legatis, et personis quibuslibet eminenti quoque ecclesiastica dignitate præfulgentibus liceat emptores, ac possessores præfatorum bonorum quovis colorato titulo, vel prætextu turbare, inquietare, molestare, eisque vel minimum afferre præjudicium.

Clausulas salu-
tares, et irri-
tantes.

§. 5. Nos enim bonorum hujusmodi venditiones, translationes, adsignationes, atque alienationes ut supra faciendas una cum suis respective fructibus, juribus, ac obventionibus ex nunc etiam pro tunc favore illa acquiruntium, et successive obtinentium approbamus, et confirmamus, atque apostolica auctoritate in perpetuum approbatas, et confirmatas esse volumus, ac mandamus, omnes et singulos quorumcumque interesse habentium consensus, nec non quoslibet alios tam juris, quam facti, aut solemnitatum in alienationibus bonorum ecclesiasticorum observandarum defectus eadem auctoritate apostolica plenarie supplentes, simulque decernentes dismembrationes, separationes, applicationes, et appropriationes, nec non venditiones, translationes, adsignationes, et alienationes, atque omnia, et singula alia, quæ vigore præsentium fieri contigerit, perpetuo firmitatis robore subsistere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac per archiepiscopos, episcopos, priores, præpositos, capitula, abbates, abbatissas, monasteria, conventus, et alios quoscumque præmissa quomodolibet concernentes perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari debere, perinde ac si a Nobis et apostolica Sede cum solemnitatibus a jure requisitis, et alias necessariis bona prædicta dismembrata, separata, applicata, appropriata, itemque vendita, translata, adsignata, et alienata fuissent, nec non tam illa, quam præsententes Nostras literas ex quavis causa

de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aliove etiam substantiali defectu notari, vel impugnari, ac per archiepiscopos, episcopos, priores, præpositos, capitula, abbates, abbatissas, monasteria, conventus, et quoscumque alios a præmissis, et quibuslibet harum vigore faciendis quovis etiam enormissimæ læsionis prætextu, aut ex quacumque alia etiam justissima causa quomodolibet appellare, seu reclamare, ac illis aliqua privilegia etiam per dictam Sedem sub quacumque forma, et verborum expressione concessa, ad hoc ut dismembrationes, separationes, applicationes, appropriationes, nec non venditiones, translationes, ac assignationes hujusmodi, aliaque per dictum Carolum regem, atque ab eo deputandum, seu deputandos pro tempore facta ex quavis causa, etiam prætextu enormissimæ læsionis, aut non servatarum a jure requisitarum solemnitatum annullare, invalidare, retractare, vel impugnare valeant, suffragari minime posse.

§. 6. Quocirca duabus personis in præscendenti ecclesiastica dignitate constitutis a ven. fratre Petro archiepiscopo Nicæno in regnis Hispaniarum Nostræ, et apostolicæ Sedis nuntio vigore aliarum in simili forma brevis hac ipsa die datarum literarum nominandis, per apostolica scripta mandamus, ut ipsi conjunctim procedentes per se, vel alium, seu alios dictum Carolum regem, aut procuratorem suum ejus nomine, si et postquam enunciata compensationem cuilibet, ut præfertur, respective adsignaverit, et constituerit, in corporalem, realem, et actualem possessionem bonorum, ut præmittitur, dismembratorum, et separatorum, juriumque, et pertinentiarum suarum ad effectum, ut supra disponendi, nullius ad hoc requisito consensu inducant auctoritate Nostra, et defendant inductum, facientes Carolo regi, vel procuratori prædicto, omnibusque, ad quorum favorem venditiones, translationes, adsignationes, et alienationes hujusmodi fieri contigerit, de fructibus, redditibus, proventibus, juribus, et obventionibus dictorum bonorum integre responderi.

Deputatio executorum apostolicorum.

§. 7. Ac præsententes Nostras literas, et in eis contenta quæcumque quoties opus fuerit, et per dictum Carolum regem, vel alium, seu alios

Concessio brachii secularis pro executione venditionum.

ejus nomine, aut illos, quorum favore venditiones, et alienationes hujusmodi fient, requisiti fuerint, solemniter publicantes, sibi in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant eundem regem Carolum, et alios quoscunque pro tempore illa obtinentes omnibus, et singulis præmissis pacifice frui, et gaudere: nec non dismembrationes, separationes, applicationes, appropriationes, itemque venditiones, translationes, adsignationes, et alienationes vigore earundem præsentium factas, atque inde sequuta quæcumque ab omnibus firmiter, et inviolabiliter observari: non permittentes honorum hujusmodi pro tempore possessores desuper per archiepiscopos, episcopos, præpositos, priores, capitula, abbates, abbatissas, monasteria, conventus, et quoscunque alios indebite molestari, perturbari, vel inquietari; contradictores quoslibet, ac reluctantes, eisque consilium, auxilium, aut favorem præbentes per opportuna juris remedia, ac etiam per multas pecuniarias ipsorum arbitrio moderandas, et applicandas compescendo, invocato quoque ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

§. 8. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii VIII. de una, et concilii generalis de duabus dietis, Symmachi, et Pauli II. ac Pauli IV. ac aliorum Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum de rebus, ac bonis Ecclesiæ nisi sub certa forma non alienandis, itemque apostolicis, ac in synodalibus, provincialibus, et quibusvis aliis conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non ecclesiarum, monasteriorum, prioratum, præpositurarum, capitulorum, conventuum, dignitatum, officiorum, mensarum, ordinum, et locorum præfatorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis eisdem monasteriis, ecclesiis, prioratibus, ordinibus, locis, et aliis supradictis, eorumque superioribus sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogationibus, aliisque amplioribus, et insolitis clausulis, nec non irritantibus, et aliis decretis etiam motu proprio, et scientia, ac potesta-

tis plenitudine similibus, et consistorialiter, ac de consilio, et assensu venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, aut alias quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis etiam disponentibus bona præmissa dismembrari, ac separari non posse, et illorum dismembrationes, et alienationes per Romanos quoque pontifices, et alias pro tempore factas nullius roboris, vel momenti fore, et esse, ac iisdem privilegiis, indultis, concessionibus, et literis nonnisi certis in illis expressis modo, et forma observatis, ac toto illorum tenore de verbo ad verbum inserto derogari non posse, et derogationem aliter factam nemini suffragari, quoque bona dismembrata, et alienata ecclesiis, ordinibus, locis, legatis, aliisque foundationibus piis relicta, aut donata fuerint, et in testamentariis dispositionibus, aut codicillis, et ultimis voluntatibus, aut aliis contractibus caveatur expresse, quod illa in alterius, quam præfatorum usus, et utilitatem converti, sive aliter alienari nequeant, quodque in eventum hujusmodi alienationis alteri certo loco pio ex dictorum contractuum, seu ultimarum voluntatum dispositione debeant applicari: quibus omnibus, et singulis illorum tenores, ac si de verbo ad verbum cum forma in illis tradita inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus specialiter, et expresse derogamus, contrariis quibuscumque: aut si archiepiscopis, episcopis, capitulis, abbatibus, abbatissis, prioribus, præpositis, monasteriis, conventibus, et aliis supradictis ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem, quod laudatus Carolus rex diligenter attendat, ne bona hujusmodi ultra valorem respondentem annuo libero redditui ducatorum ducentorum millium auri de camera vigore præsentium per suos ministros, aut alias quomodolibet alienentur, ipsius consentiam super hoc onerantes: quodque earundem præsentium literarum transumptis manu alicujus publici notarii subscriptis, et sigillo

Derogatio contrariorum.

unius ex memoratis exequutoribus, vel alterius personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis ea prorsus fides in iudicio, et extra adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis presentibus si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta junii millesimo octingentesimo quinquato, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die
14 junii
1805
anno VI.

CCCLXVIII.

Instante rege catholico, sanatio super nullitate electionis viginti sex parochorum alienæ dioecesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio præ-
cum.

§. 1. **P**ro parte carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici expositum Nobis nuper fuit, quod venerabilis frater Joseph episcopus Quitensis in Indiis, postquam ad hanc sedem ab alia episcopali Conchensi pariter in Indiis translatus fuerat, ipsius Conchensis dioecesis vicario capitulari, seu gubernatori præcepit, ut prævia edictorum affixione, ad provisionem ecclesiarum parochialium in dicta dioecesi Conchensi tunc vacantium cum synodalibus circumscriptoribus deveniret; quare concursus ad id habitus est in eadem civitate Conchensi cum interventu octo supra sexaginta oppositorum. Quoniam vero per occultam januam mulieres quædam eo irrepsisse dicerentur, idem concursus ab eodem Josepho episcopo irritus declaratus fuit, novusque successive habitus in civitate Quitensi, ubi adfuerunt tres, et quadraginta tam ex oppositoribus prædictis, reliqui enim cum ob maximam locorum distantiam, tum ob tempestatis rigorem, et adversa valetudine, aut paroeciarum, quas obtinebant, administratione impediti, adesse nequiverunt, atque hoc modo sex, et viginti parochiales ecclesias dioecesis Conchensis de novis parochis providit, nulla quidem auctoritate in aliena dioecesi suffultus: quæ rerum novitas locum postea dedit reclamationibus quorundam candidatorum, qui illegitimo huic con-

cursui interesse nequiverunt, vel minime id expedire putarunt. Quamquam vero, sicut in eadem expositione additum erat, novus concursus ad id esset indicendus, tamen cum interim hujusmodi novi parochi bona fide paroecias respective susceperint, et administraverint, atque eorum respectivi parochiales fideles sacramenta, et alia necessaria ab ipsis parochis acceperint, magna suborirentur scandala, et bonorum conscentiæ non mediocriter perturbarentur, si hujusmodi parochorum electiones irritæ prout de jure sunt declaratæ forent, Nobis propterea humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur providis ipsius Caroli regis votis, quantum cum Domino possumus, benigne annuere, atque sic institutos parochos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorundemque parochorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, electionem parochorum prædictam, eorumque in paroecias immissionem cum omnibus inde sequentis ratam habentes auctoritate apostolica, tenore præsentium convalidamus, atque omnes juris, et facti defectus, qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus, eisdemque parochis, sic institutis, ut omnibus et singulis privilegiis, juribus, & facultatibus officio parochiali hujusmodi quomodolibet adnexis, et competentibus, uti etiam in posterum, frui, et potiri, perinde ac si rite, et a proprio ordinario dictas respectivas paroecias ipsos obtinuisse reperiretur, libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus ita tamen, ut in posterum neque ipse Joseph episcopus, ejusque successores se in rebus ecclesiæ Conchensis ullo modo immiscere audeant, neque ipsi, aliique parochi ab episcopo Quitensi ullo modo dependeant, sed proprio pro tempore existenti ordinario Conchensi

Tenor concessionis.

semper, et in perpetuum subjecti remaneant.

Clausula sub-
blata, et de-
cretum irri-
tans.

§. 3. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, & obtinere: sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quovis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio
contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non, quatenus opus sit, dictarum ecclesiarum, et dioecesum Quitensis, et Couchensis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta junij millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXIX.

Dat. die
26 junij
1805
anno VI.

Allocutio habita in consistorio secreto diei 26 junii 1805 super itinere suscepto Lutetiam Parisiorum versus ad decorandum imperatorem Naupoleonem insignibus imperialibus.

Venerabiles fratres

Ab illo usque temporis momento, quo e Gallia reduces urbem ingressi sumus, vos in consistorium vocare, ven. fratres, ardentè optavimus, ut sicut de Nostro illuc proficiscendi proposito ad carissimum in Christo filium Naupoleonem imperialibus insignibus decorandum vos certiores feceramus, ita salutare fructus, quos ex eodem itinere, Deo juvante, collegimus, absque mora vobis exponeremus. Desideriis tamen Nostri obsequi adhuc non potuimus, quod multa pro ecclesiis, quas mox proponemus, paranda, et episcoporum, quibus eæ committendæ sunt, examen maturandum a Nobis esset. Lætatur autem Nostri hoc die votis satisfacere Nos posse, qui solemniter sanctorum apostolorum Petri, et Pauli festo proximus est, ut scilicet bonis, quæ præcipua illorum ope consequuti sumus, ad vestram cognitionem deductis, ardentiori pietate, gratissimoque plane animo gloriosi eorum martyrii memoriam recolamus.

Secunda novembris anni proxime elapsi die Roma, ut scitis, discessimus, vota que, et auguria, quibus populus Romanus Nostrum studiosissimus, ad plura passuum millia ex urbe effusus, Nos prosequutus est, et suavissimos paterni amoris sensus in Nobis excitarunt, et felicem itineris exitum portenderunt. Etruriæ fines igressi, Florentiamque delati, satis explicare non possumus quo gaudio perfusi simus, cum affluentes undique populos intueremur, ut in humilitate Nostra Petri successorem, Christique in terris vicarium venerentur. Inter omnes autem excellit carissima in Christo filia Nostra Maria Aloisia Etruriæ regina, quæ splendidissimis, et amantissimis devotionis in Nos suæ significationibus non solum exceptit, sed morari etiam Nos voluit, ut sacramentum confirmatio-

nis dilectissimo ejus filio Ludovico Etruriæ regi impertiremur. Sacra hujusmodi cæremonia magnifico apparatu celebrata est, in eaque peragenda matris, filiique pietatem una cum omnibus, qui aderant, admirati sumus.

Festinato per Italiam itinere, ubi luculenta, et amplissima eximiæ in Nos devotionis argumenta in omnibus, quos peragravimus, locis, præsertim vero Mutinæ, Regii, Parmæ, Placentiæ, Derthonæ, Alexandriæque Nobis oblata sunt, Augustam Taurinorum pervenimus, quo jam profecti erant vener. frater Noster S. R. E. cardinalis Cambaserius archiepiscopus Rotomagensis, dilectusque filius Salmatorius obviam Nobis a Francorum imperatore missi, qui Nostrum in Galliam ingressum felicem, faustumque suo nomine augurarentur, testarenturque, simul vehemens illud, quo idem imperator tenebatur, Nos videnti, habendique desiderium. Galliam itaque ingressi sumus, inclytæque illius nationis populi adventu Nostro lætissimi palam intimos suæ religionis, pietatisque sensus, ore etiam, ipsoque corporis habitu ubique ostenderunt. Ubique provinciarum præfecti, quique magistratu aliquo, aut civili, aut militari fungebantur, orationes ad Nos habuerunt, observantiæ in Nos ipsos, et apostolicam Sedem, obsequiique plenissimas. Lugduni a ven. fratre Nostro S. R. E. cardinali Feschio illius urbis archiepiscopo excepti sumus, qui liberalitate, magnificentia, impenso in Nos studio, omni denique officiorum genere Nos amplissime cumulavit. Tanta Lugdunensium pietas, tantaque frequentia fuit, ut vastum illud metropolitanæ ecclesiæ templum, quo Nos ad sacrum faciendum contulimus, capiendæ optimorum civium undique accurrentium multitudinî satis non esset. Quo tum gaudio exultavimus! Quas misericordiarum Patri ob tantam rerum conversionem gratias egimus! Quem in modum Nostra erga potentissimum Francorum imperatorem charitas exarsit, cui religionis per concordatum ab ipso cum Nobis initum in publicam lucem revocatæ, lateque in Gallia re-florescentis gloria debetur!

At Nobis Lugdunensi, ut ita loquamur, triumpho diutius gaudere non licuit. Ardentissimo enim desi-

derio impellebamur ad imperatorem conveniendum, et inaugurandum, pertractandaque cum eo religionis negotia, quas ob res tantum iter, omni difficultate posthabita, susceperamus.

Recta igitur in fontis, ut dicitur, Bellaquei arcem contendimus, ubi potentissimi, Nostrumque amatissimi principis adpectu, complexibusque frui denique Nobis datum fuit. Qua voluptate, quo gaudio completi sumus primo illo ejus imperatoris occursu, cujus nomen fines terrarum ultimos pervasit, et cujus opera Deus usus est, ut catholica religio in Galliis publicam rursus in lucem emergeret! Eum profecto diem, et quos alios in arce fontis Bellaquei, suadente humanissimo imperatore, transigimus, ut ab itineris incommodo levaremur, memori, gratissimoque semper animo recolemus.

Præfata ex arce, ubi maximam imperatoris benevolentiam, et munificentiam experti, admiratique sumus, Lutetiam Parisiorum una perreximus. Ibi conducta die (quæ fuit secunda decembris, eadenique prima adventus dominica) imperatoris, et carissimæ in Christo filiæ Nostræ Josephinæ, optimæ ejus conjugis, inter illius civitatis, totiusque Galliæ, quæ suis quasi sedibus mota illuc commigrasse videbatur, ovationes, ingenti supra modum pompa, et sacro, solennique ritu consecratio, et coronatio peracta est.

Augusta hujusmodi cæremonia expediti, animum ad pertractanda, ut diximus, religionis negotia statim convertimus. Id autem eo majori fiducia fecimus, quod imperator ipse datis, ut compertum vobis est, literis significaverat, se familiares Nobiscum sermones habere velle, quibus catholice religionis amplificandæ, divinique cultus in pristinum splendorem restituendi ratio quæreretur. Atque hic sine gratissimi animi sensu commemorare non possumus hilaritudinem illam, comitatem, benevolentiam, animique propensionem, qua Nos apostolica libertate desideria Nostra expromentes audivit, et Nostras pro catholice religionis bono, Gallicanæque ecclesiæ splendore, sanctæ demum hujus Sedis auctoritate, ac dignitate petitiones excepit.

Nostra præcipuum in modum intererat de sincero paucorum episco-

porum in catholicam unitatem reditu cognoscere, qui antequam canonicam a Nobis institutionem obtinerent, congruo suæ reconciliationis testimonio opus habuerant, illam tamen consequuti in se gesserant, ut Nos de germanis eorum sensibus valde sollicitos redderent. Hanc vero sollicitudinem paucos post dies iidem sustulerunt. Verbis enim, et scriptis, quæ Nobiscum attulimus, apostolicæ Sedis iudiciis circa ecclesiastica Galliæ negotia firmiter, atque ex animo se adhærere, et subicere declararunt. Quam tum consolatione impleti sumus! Ut illorum lacrymis dum paterna eos charitate complecteremur, illacrymavimus! Ut vero consolatio hæc Nostra non solum diuturna sit, sed etiam augcatur, confidimus illos certa, et patientia argumenta duros, quibus eorum declarationem sincero prorsus corde factam esse constet, omnisque de ipsis in posterum querendi occasio Nobis adimatur. Quod, ut fiat, scrutatorem cordium Deum enixis precibus obsecramus, ut quod bonum opus præstiterunt, sua gratia roboret, atque perficiat.

Gravissimo huiusmodi negotio per Nos absoluto, alia statim suscepimus, quæ ad religionis bonum, ad Ecclesiæ libertatem, ad cleri decus, ad sacrorum ministrorum numerum augendum, ad eos, qua decet ratione sustentandos, pertinebant. Fiducia freti, quam Nobis humanissimus imperator ingessit, eaque libertate usi, qua ministerium apostolicum exerceri oportet, ecclesiæ Gallicanæ plagas, temporum injuria, et opinionum pravitate eidem inflictas, et quas patitur angustias verbo, scriptoque illi exposuimus; et petitiones hæc super re Nostras eidem significavimus. Quæ Nobis imperator responsa dedit, ea quidem et officii erga Nos, licet immeritos, plenissima sunt, et magnam in spem Nos erexerunt fore, ut Gallicana ecclesia sensim, et gradatim convalescens, pristinum denique vigorem, formamque recuperet. Quædam profecto mala ejus indolis sunt, ut, licet repentino impetu ingruerint, si quis tamen exemplo sanare illa velit, ingravescant potius, quam tollantur.

Nec sola, ven. fratres, spe Nos ali putetis. Multa facta sunt, quæ faciendorum quoddam quasi pignus,

arrhamque præbent. Societates sacerdotum Missionis, et Puellarum Charitatis, quas s. Vincentius a Paulo tam salutariter instituit, sacris, propriisque vestibus insignitæ jam revixerunt: pecuniæ divino cultui exercendo, et cathedralibus reparandis comparandæ ratio publico decreto statuta est: amplæ, conspicuæque ædes aperiendis ibidem clericorum seminariis attributæ sunt; ut eadem seminaria pecuniam, aut fundos sibi hæreditate relictos consequi possint, permissum est: quæ vero seminaria ad metropolitanas ecclesias pertinent certis jam gaudent subsidiis a publico ærario subministratis: qui redditus præfatarum ecclesiarum cathedralium episcopis, et canonicis constituti erant, aucti sunt: municipia, provinciæque sumptus facere jubentur conservandis templis, et sacra suppellectile decorandis necessariis: societas Missionum, ut dicitur, exterarum, propagandæ in ultimas terras orthodoxæ fidei destinata, imperatore annuente, ita restituta est, ut, et bona, quibus potiebatur, recuperaverit, et novos acquirendi fundos potestatem adeptam sit. Operarii ad spargendum apud gentes Evangelii semen missi, imperatoris auctoritate juvantur, et proteguntur. Nos ipsi præstantibus aliquot congregationis Missionis sacerdotibus ad Sinensium oras sanctissimam religionem imbuendas proficiscentibus apostolicam exultanti animo benedictionem impertiti sumus. Neque tot inter curas patriarcalem Nostram basilicam Lateranensem omnium orbis, et orbis ecclesiarum matrem, et caput oblivisci potuimus, quæ cum redditus, quos pridem in Gallia possidebat, ob præteritas rerum vicissitudines amisisset, munificentia generosissimi principis recreatur. Præter hæc, alia etiam maximi momenti facta sunt. In mandatis itaque datum est, ut quam habent episcopi spirituales, ac disciplinares ecclesiasticorum culpas iudicandi, inque eos, cum opus fuerit, canonicis pænis animadvertendi potestatem libere exercent; ministrorum temporalium ad eandem potestatem importunis, injustisque vinculis coercendam conatus reprimantur; obstacula juventuti in clerum cooptandæ objecta imminuantur; christianæ demum adolescentum institutionis, et spiritualis infirmorum, militum, agrestiumque salutis cura suscipiatur. Hi

Nostrorum cum maximo principe colloquiorum fructus, uberiorum, quos ab eo petivimus, ab ejusque religione expectamus, pignus Nobis, et arham; ut supra diximus, præbent.

Neque vero alia plura, quæ Nostro in Galliam adventu pater misericordiarum Deus operari dignatus ibidem est, spiritualia bona silentio a Nobis prætereunda sunt. Quo animi fervore, quibus pietatis sensibus Galliarum populi summum Catholicæ Ecclesiæ pastorem in Nobis venerati sint, scitis. Quos accepistis ea de re nuntios, ii veritatem non æquant, tantum abest, ut superaverint. Nullis enim verbis excitatæ apud Gallos religionis amor, zelus, exercitium exprimi possunt. Misericors profecto Deus tantis iter in Galliam Nostrum benedictionibus cumulare dignatus est, ut eodem itinere christifidelium in Galliis spirituali bono supra omnem modum consultum fuisse episcopi ipsi sæpissime affirmare non dubitaverint. Nos admissione, et adloquio omnibus satisfacere, omnium preces audire, cum fieri potuit explere, spiritualibus malis mederi, animos ad pietatem acuere nunquam destitimus. Omnes Lutetiæ paræcias invisimus, ibique, uti et postea Lugduni, plura hominum millia eucharistico pane ipsi refecimus. Hospitales item domos christianæ charitati erga infirmos exercendæ, aut juventuti informandæ sacras, visitavimus. Ingens catholicorum turba Nos ubique circumstabat, sequebatur, deducebat, suamque benedictionis apostolicæ a Nobis accipiendæ cupiditatem numquam satis explesse sibi videbatur.

Quid autem de præclarissimo Ecclesiæ gallicano clero dicemus? Qui tantis in Nos studiis exarsit, cujusque tanta fuerunt in Nos merita, ut ad Nostrum grati animi sensus erga illum expromendos pene impares simus. Omnes autem dicendi vires excedunt amor, zelus, vigilantia, labor, quibus, episcopi præsertim, commissum sibi gregem pascunt, et religioni, cujus ministerium exercent, honori sunt, eique reverentiam apud ipsos illius hostes apprime conciliant. Cujus quidem rei cum Nos ipsi testes fuerimus, hinc debitis illum laudibus coram universa Ecclesia ornandum a Nobis esse merito judicavimus.

Quæ item ad Nostrum ministerii officium pertinent, eadem Parisiis obire non omisimus. Ven. fratres Nostros S. R. E. cardinales, qui Nos comitati sunt, et eos, qui Lutetiæ morabantur, in consistorium vocavimus, pileumque, cardinalitæ dignitatis insigne, cardinali de Belloy archiepiscopo Parisiensi, nec non cardinali Cambaseres archiepiscopo Rotomagensi ea solemnitate, eoque ritu dedimus, quem apostolicæ constitutiones præscribunt. Vacantes ecclesias novis episcopis instruximus, quorum aliquos in vasto S. Sulpitii templo innumerabili spectatorum multitudine circumsepti consecravimus. Paucis ante diebus, quam Lutetia proficisceremur, principem Napoleonem, imperatoris fratris filium, maximo apparatu, summaque procedum splendidissimæ illius aulæ frequentia lustralibus sacramenti baptismatis aquis abluimus. Solemnis hujusmodi cæremonia in suburbano *Saint-Cloud*, ut dicitur, secessu peracta a Nobis est, imperatorque ipse, et spectatissima ejus mater, infantem sacro e fonte religiosissime susceperunt. Hæ Nostræ fuerunt in Galliis curæ; hæ gloriosissimi Francorum imperatoris providentiæ; hæ devotæ in religionem Gallicæ nationis argumenta; hic denique suscepti a Nobis itineris exitus.

Rebus ita confectis, adventante jam veris tempestate, in urbem, et Sedem Nostram revertendum Nobis esse judicavimus. Debitis itaque officiis cum invicto imperatore perfuncti, a cujus latere divellebamur, novisque suæ erga Nos voluntatis pignoribus gratissime acceptis, Nos itineri denuo commisimus. Cumque Cabillonum pervenissemus, solennes dies passioni, et resurrectioni Dominicæ recolendæ sacros ibidem celebravimus. Qualis fuit Cabillonensium, et advenarum ex finitimis oppidis undique illuc concurrentium pietas! Quale in Nos studium pari cum observantia conjunctum! Inde Lugdunum profecti sumus. Lugdunenses sui erga Nos, et apostolicam Sedem amoris, et obsequii testimonia, quæ Nobis jam dederant, majore fortassis, quam antea, contentione renovarunt. Ven. autem frater Noster cardinalis Feschius Lugdunensium archiepiscopus omnia magnificæ hospitalitatis officia Nobiscum rursus exercuit. Oblatam hic Nobis

esse illius ornandi, testandique grati animi erga ipsum Nostri occasionem plane gaudemus. Nec tacere volumus celeberrimum illud hñæ Virginis de Foro Julii dictæ sanctuarium, a Nobis, cum Lugduni versaremur, incredibili cum illorum civium exultatione reseratum esse, et publico, ut antea, cultui restitutum. Augustæ Taurinorum, ubi eximia civium religio, maximusque in Nos amor iterum emicuit, imperatorem Napoleoneum revisere, et alloqui, summæ Nobis voluptati fuit. Ecclesiasticas Galliæ, Italiæque res illi denuo, atque diligentissime commendavimus, et repetita pro singularibus ejus in Nos, et catholicam religionem meritis gratiarum actione, recta iter in Etruriam aggressi, Florentiam pervenimus.

Splendidissimus, lætissimusque fuit Noster eam in urbem ingressus. Præstantissima Etruriæ regina iteratis amplissimæ munificentia documentis, singularem erga Nos devotionem suam rursus testata est. Majoris autem iis omnibus, quas Florentiæ cepimus, consolationis gratiam omnipotens, et misericors Deus Nobis ibidem præparaverat. Primo Nostro in illam urbem adventu jam præsenferamus, ven. fratrem Nostrum Scipionem Ricciam Pistoriensem olim, & Pratesem episcopum, de se cum Nobis, et Sancta Catholica Romana Ecclesia reconciliando, quod a longo Nos tempore optabamus, bonique omnes avidissime operiebantur, graviter cogitare. Jam vero cogitationem hanc suam Nobis in præfatam civitatem reversis egregio, planeque imitando exemplo complevit. Filiali enim cum fiducia Nobis significavit, se formulæ, quam ipsi proponere Nobis placuisset, sincero corde subscripturum. Nec fidei, quam Nobis dederat, defuit. Formulam enim per ven. fratrem Nostrum archiepiscopum Philippensem ei missam legit, admisit, suaque manu signavit. Hac ergo formula, quam reparando scandalo publicam in cognitionem deduci concupivit, declaravit, se pure, & simpliciter, omninoque ex animo accipere, et venerari constitutiones a Sede apostolica factas, quibus errores Baii, Jansenii, Quenellii, et illorum, qui eos sectati sunt, proscribuntur, præsertim vero bullam dogmaticam *Auctorem Fidei*, quæ octoginta quinque propositiones

Bull. Rom. Tom. XII. F. 80.

damnantur e synodo Pistoriensi, quam ipse coegerat, et publicari jusserat, excerptæ: has propterea propositiones omnes, et singulas se reprobare, et damnare iis qualificationibus, iisque sensibus, qui in præfata bulla expressi sunt; denique in Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ Apostolicæ Romanæ fide, inque omnimoda subjectione, veraque obedientia Nobis, Nostrisque successoribus, tamquam in Petri cathedra sedentibus, et Jesu Christi vicariis, velle se vivere, et mori. Post solemnem adeo declarationem, cum ad Nos accersivimus, formulamque a se subscriptam Nobis denuo asserentem, et suorum sensuum sinceritatem, atque intimam dogmaticis sa. me. Pii sexti decisionibus submissionem iteratis verbis testantem, addictumque summum orthodoxæ fidei, Sedique apostolicæ mediis etiam in erroribus animum profitentem, paterne complexi sumus, meritaque ob actum, quem gessit, laude commendatum, omni charitatis affectu Nobis, Catholicæque Ecclesiæ reconciliavimus. Cum vero, datis nuper ad Nos literis, quibus de felici, faustoque Nostro in urbem reditu Nobis gratulatur, retractationem Florentiæ factam, ratam se habere confirmaverit, paterno cor Nostrum gaudio rursus affecit.

Hæc erant, ven. fratres, quæ vobis annuntianda esse judicavimus. Reliquum est, ut datoris bonorum omnium Dei thronum cum fiducia adeamus, eique per beatissimos apostolos Petrum, et Paulum, humiliter supplicemus, ut quæ ab infirmitate Nostra ad sui gloriam, ad religionis incrementum, ad spiritualem animarum salutem, ad Catholicæ Ecclesiæ, Sedisque apostolicæ bonum inchoata sunt, miseratione sua tueatur, augeat, atque perficiat.

Dat. die
9 julii
1805
anno VI.

CCCLXX.

Ut in collegiata B. M. V. de Guadalupe Mexicanæ dioecesis singulis sabbatis, in quibus occurat officium ritus duplicis secundæ classis, etiam infra octavas privilegiatas, una missa cum cantu de eadem Deipara celebrari possit.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio pro-
cum.

§. 1. **C**um, sicut dilecti filii abbas, et capitulum ecclesiæ collegiatæ Beatæ Mariæ Virginis de Guadalupe nuncupatæ civitatis Mexicanæ Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro eo, quem erga Deiparam afficiuntur devotionis affectu, ejusdem cultum, et venerationem in dies augeri summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Tenor concess-
sionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, referente dilecto filio magistro Julio de Carpineo sacrorum Rituum congregationis secretario, ut in posterum, etiam in sabbatis, in quibus occurat officium ritus duplicis secundæ classis, et incidentibus infra octavas privilegiatas, una missa cum cantu de eadem Deipara celebrari possit, auctoritate apostolica, tenore præsentium indulgemus.

Derogatio
contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ collegiatæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis dero-

gatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona julii millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXI.

Dat. die
19 julii
1805
anno VI.

Indulgetur dignitatibus, et canonicis cathedralis Viterbiensis, ut habitu prælatitio, et aliis protonotariorum insigniis ad instar alterius capituli Urbeveterani uti valeant, et possint.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **I**n sanctæ apostolicæ Sedis *Proemium.* fastigio, meritis licet imparibus, constituti, ad statum ecclesiarum omnium, quarum Nobis a Domino commissa est sollicitudo, personarumque in eis Altissimo famulantium propensis studiis animum jugiter intendentes, illarum decori, et honorificentiæ paternam benignitate consulimus.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper dilecti filii capitulum, et canonici cathedralis ecclesiæ Viterbiensis exponi fecerunt, cathedralis ipsa antiquitatis laude, patrimonii amplitudine, sacrarum suppellectilium copia, sanctorum reliquiarum abundantia, templi majestate, sacrorum ministrorum probitate, et doctrina, popularique devotione, et frequentia valde floreat; cumque ad hæc omnia accedat quoque ipsius civitatis Viterbiensis celebritas, quæ tanta est, ut pluries ibi Romani pontificis electio fuerit habitata, ac mater extiterit felix sanctæ Ro-

Expositio pro-
cum.

sæ Viterbii, multas præterea sacras ædes, collegiatis etiam insignes, conventus, et monialium monasteria complectatur, multis insuper beneficiis reperiatur ornata per Romanos pontifices prædecessores Nostros ipsi concessis, ac demum perpetua in hanc sanctam Sedem devotione, et fide ad hæc usque tempora maxime emineat, non exigua dignitatis, et ornamenti ad ipsam cathedralam, et civitatem fieret accessio, divinusque in ea cultus majora susciperet incrementa, si ejusdem cathedralis dignitates, et canonici novis decorationibus donentur; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus dictæ cathedralis ecclesiæ Viterbiensis dignitatibus, et canonicis, ut habitum violaceum prælatitium ad instar capituli, et canonicorum alterius cathedralis ecclesiæ Urbevetanæ tam in ecclesia prædicta, ejusque choro, et capitulo, quam extra eam in processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque in memorata civitate, et dioecesi Viterbiensi dumtaxat gestare, aliisque insigniis Nostræ, et Romanæ Sedis notariorum pariter ad instar dicti capituli Urbevethani ibidem uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus; dictosque dignitates, et canonicos desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari discernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ cathedralis Viterbiensis Bullar. Rom. Tom. XII. F. 80.

ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum dumtaxat hac vice specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima nona julii millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXII.

Indultum utendi rocchetto pro cotta pro canonicis metropolitanae ecclesiæ Goanæ.

Dat. die
30 Julii
1805
anno VI.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum vestigiis inhærentes, illud interdum concedendum esse ducimus, ut viri Altissimo in templis magis conspicuis famulantes, atque almæ Sionis æmuli divinas laudes ibidem quotidie persolventes peculiaribus, et ad eorum munus exprimentum aptis utantur indumentis, quo ipsi vel per externas vestes excitati internarum virtutum splendore in domo Domini prælucere conentur.

Proemium.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper dilecti filii capitulum, et canonici ecclesiæ metropolitanae Goanæ exponi fecerunt, metropolitana ipsa antiquitatis laude, templi structura, sacrarum suppellectilium copia, sacerdotum probitate, et doctrina, populi que frequentia, ac devotione valde floreat, multum splendoris ad ipsam accederet, ac divinus cultus, fidelium

Expositio præcui.

que devotio majora ibi incrementa susciperet, si ejusdem metropolitanae dignitates, et canonici nova aliqua honorificentia per Nos, et hanc sanctam Sedem donentur: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus dignitati, seu dignitatibus, et canonicis dictae metropolitanae ecclesiae, ut de consensu venerabilis fratris moderni archiepiscopi Goani, pro cotta, quam adhuc subter mozzetam nigram tela serica rubea subsutam deferre consueverunt, rocchetum manicatum, et eandem mozzetam tam in ecclesia praedicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, dictosque dignitates, et canonicos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictae metropolitanae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum te-

nores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima julii millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXIII.

Præfinitio numeri canonicorum, quibus jussit ferendi suffragium in generalibus comitiis congregationis Regularium sancti Joannis Evangelistae in Lusitania.

Dilecto filio Laurentio archiepiscopo Nisibensi in Portugalliae, et Algarbiorum regnis Nostro, et Sedis apostolicae nuntio.

Pius PP. VII.

Dilecte fili Noster
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

§. 1. Nuper Nobis exponi fecerunt dilecti filii rector, definitores, et procurator generalis congregationis canonicorum regularium sancti Joannis evangelistae nuncupat. in Lusitania, quod felicitis recordationis Benedictus pp. XIV. praedecessor Noster per suas in simili forma Brevis die 17 junii 1749 expeditas literas disposuit, statuitque, sex et viginti debere esse canonicos, qui in generalibus congregationis comitiis ferrent suffragium; ac horum in numero recensendos esse sex magistros, duosque praedictores generales, qui rite, ac rigore, ut ajunt, seu jure, et justitia jubilationem assequuti fuissent; et tam magistros, quam praedictores hujusmodi sorte esse extrahendos in uno pro altero mox futuro capitulo; demum neminem ex vocalibus capituli proxime celebrati locum habere posse in capitulo proxime celebrando. At imminuto postmodum canonicorum numero, quum aliud congregationis necessitas postularet, a bo: mem. Bernardino archiepiscopo Petrensi nuntio isthic apostolico, instante apud eum eadem congregatione, provisum fuit,

Dat. die
30 julii
1805
anno VI.

Expositio praecum.

ut si, et quando reperiri contingeret solummodo sex magistros, et duos prædicatores generales jubilatos ex justitia, tunc extractio prædicta juxta Benedictum prædecessorem facienda per sortes dispensata maneret, numerusque integer magistrorum, et prædicatorum ab eodem præfixus ad suffragandum suppleretur per magistros atque prædicatores generales jubilatos ex privilegio. Nunc autem eo vel magis decrescentes congregationis alumni, vix numerantur in totum unus et triginta, qui vigesimum septimum professionis annum exegerint, quosque inter quamplures infirmitatibus, senioque prope confecti.

Novus ordo indigitatus sequendus in sendis suffragiis in capitulo generali.

§. 2. In tanta itaque tum distantia temporum a prædictarum literarum expeditione, tum permutatione circumstantiarum ac rerum, quæ congregationi supervenerunt, nova quædam exponentes veluti magis statui præsentī accomodata censent, optantque videlicet:

I.

Ut præter rectorem ex-generalem immediatum, qui nempe suo est a gubernio cessaturus, et cui ex ipsis prædictis literis suffragandi in capitulo, licet tantum subsequenti, facultas tribuitur, alii quoque ex-generales rectores, qui tamen magistri, vel prædicatores generales rigorosæ jubilationis extiterint, suffragari possint in cunctis generalibus comitiis: sed ne ulterius quam qui præfixus est, numerus augeatur vocalium, sat erit si ex-generales hujusmodi aliis magistris, et prædicatoribus generalibus præcedant semper in formatione numeri tam sex magistrorum, quam duorum prædicatorum per memorati prædecessoris literas præstitutum; ita ut extractio, quæ fieri debet ex urna, solum ad implementum dicti numeri fiat. Exempli gratia: si tres fuerint, præter immediatum, ex-rectores generales, qui una sint jubilati ex justitia, debeant hi suffragium ferre; pro reliquis vero tribus magistris, qui senario præscripto numero desunt, ponantur in urna nomina magistrorum rigorosa pariter jubilatione gaudentium. Id ipsum fiat quoad prædicatores generales. Hæc porro ideo exoptantur, quia ex-rectores generales utpote rerum usum magis

pollentes, majori quoque in capitulis communi emolumento fore videntur.

II.

§. 3. Ut tam magistri, quam prædicatores generales, utrique tam jubitati jure et justitia, qui in uno suffragantur capitulo, possint in eodem capitulo eligi ad munera congregationis, quibus adnexum sit votum pro capitulo proximo. Vetitum id quidem extat in literis Benedicti prædecessoris; sed id vetandi causa tunc iusta fuit ex eo, quod tunc temporis congregatio triginta et unum magistros jubilatos, ac quindecim prædicatores generales habebat; nunc autem de magistris rigorosæ jubilationis non nisi septem aut octo, & de prædicatoribus generalibus solos quinque possidet. Quin imo hanc ob penuriam, quam post illud temporis laboratum jugiter est, nonnulli adsunt magistri, qui in aliorum defectum quatuor et viginti ab hinc annis in omnibus capitulis sunt suffragati. Quod eo igitur tempore vetitum salubriter fuit, grave in præsentiarum evasis magistris, et prædicatoribus jubilatis, tum et noxium ipsi congregationi, quæ uti nequivit opera illorum, qui ad munera, quibus excluduntur, sunt scientia, atque solertia plerumque magis idonei. Hæc tamen, quæ modo petitur, gratia haud valere æque deberet in casu, quo magistri, et prædicatores prædicti suffragium in capitulo ferrent ratione muneris, cui est adnexum suffragium, non vero ratione qualitatis magistrorum, et prædicatorum, qua ipsi sunt præditi.

De licentia eligendi in eodem capitulo magistros et prædicatores, qui in illo suffragium tulerunt.

III.

§. 4. Ut quemadmodum, corpus capitulare rectorem generalem potest seligere, ita et eidem sit corpori potestas seligendi, quoties id in commune bonum cessurum crediderit, tres, aut quatuor a capitularibus membris canonicos ad munera congregationis, quibus sit adnexum suffragium pro capitulo proximo; excepta tamen reconductione, ut ajunt, ad eadem munera, exclusisque etiam iis, quorum illo in capitulo munus expirat, vel visitatoris generalis, vel generalis rectoris; utque id, quod modo deposcitur, præter et ultra sit illud aliud, de

De electione capitularium ad munera congregationis.

quo pro magistris, et prædicatoribus rigorosæ jubilationis jam superius facta est postulatio.

IV.

De reelectio-
ne rectoris, et
vicarii gene-
ralis.

§. 5. Ut rector generalis, vel generalis vicarius reeligi nequeat, non solum post primum triennium per leges congregationis præscriptum, sed nec etiam post alterum, idest per sex annos in totum, quum multa inde incommoda sequi experientia ostenderit.

V.

De loco, et vo-
to in capitu-
lo conceden-
do pro-rectori
Olyssiponensi

§. 6. Quum amplius non existet s. Eloy domus, cujus rector suffragium in capitulis, sicuti ceteri rectores, habere solebat, et loco domus, ac rectoris hujusmodi sit ad præsens Olyssipone pro-rector domus capitularis, quam sancti Joannis de Xabregas extra muros appellant, quumque talis pro-rector in rectoris generalis absentia ejus vices gerit, dictæque domus gubernio præest, hinc efflagitatur, ut et ipse in capitulis loco, votoque fruatur, tum ne hoc privilegio careat, qui non paucis aliunde meritis præstat; tum ne diutius vicesimum sextum desideretur suffragium in capitulis; quod tamen semper, ex quo s. Eloy domum et rectorem contigit defecisse, desideratum huc usque fuit, licet recensitæ prædecessoris literæ vota sex et viginti pro comitiis generalibus expresse constituent, tum præterea quod pro-rectori prædicto votum hujusmodi concessum jam fuit a rec. mem. Pio pp. VI. etiam prædecessore Nostro per similes suas in forma brevis literas expeditas die undecima martii millesimo septingentesimo octogesimo, quæ alias quoque dispensationes insimul continebant, sed propter aliquam fortasse clausulam nunquam sunt effectum sortitæ, immo ipsis exponentibus manebant incognitæ.

VI.

De exclusio-
ne germano-
rum fratrum
a ferendo suf-
fragio, et ob-
tinendis insi-
mul dignitati-
bus.

§. 7. Denique, ut quum sex et viginti tantum, prout jam dictum est, pro generalibus comitiis sint præstituta suffragia, ne qua id circo in hac paucitate votorum humana fraus subrepet, caveatur a nobis nequire in

eisdem comitiis duos una suffragari germanos fratres, ita scilicet ut si contingat unum eorum ad munus, cui votum adnexum sit, esse selectum, tunc alter, etiamsi magister jubilatus, vel prædicator generalis, suum in eodem ipso capitulo omnino non possit ferre suffragium; multoque minus eligi possint duo fratres ad munera, quæ capitulare votum adnexum habeant. Quandoquidem si s. m. Clemens pp. VIII. Noster itidem prædecessor in suis sub plumbo die vicesima sexta augusti millesimo quingentesimo nonagesimo sexto expeditis literis vetitum voluit, atque decrevit, ne duo fratres eadem in domo possent insimul degere, eo vel magis rationabile erit prohibere duobus fratribus ne votum ab utrisque feratur in eodem capitulo, nunc præsertim, quum in congregatione supra duodecim numerentur canonici suos singuli isthic fratres habentes, quibuscum facile ipsi adesse possunt capitulo, prout factum est tum in aliis, tum et in iis annis proximè elapsi. Verum quia fieri quoque potest, ut duo fratres existant magistri jubilati, vel prædicatores generales jubilati, aut unus eorum magister jubilatus, et alter prædicator generalis jubilatus, seu unus ex-rector generalis, et alter magister jubilatus, vel prædicator generalis jubilatus, vel forte renuntietur ad munus, cui sit votum adnexum, sicque ambo deberent capitulo interesse; tali in casu hujusmodi fratres interventuri capitulo tamquam magistri, et prædicatores generales jubilati sorte extrahantur, ita quidem, ut unus ad capitulum pergat, alter vero aliud expectet proximè celebrandum, idque alternis vicibus faciant, ne unus bis successive admissus, alter autem bis successive exclusus remaneat: quod et servandum similiter sit, quando alter duorum fratrum rectoris generalis munere functus, alter vero magister, vel prædicator generalis jubilatus extiterint. Verumtamen si alter ex fratribus reperiatur ex rector generalis, et alter electus ad munus cum voto, tunc ex generali pro ea vice excluso manente, locum is in capitulo sumat, quem elegerunt capitulares ad munus cum adnexo suffragio. His omnibus ita expositis, Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut sibi, seu potius suæ congregationi providere in præmissis,

ac ut infra indulgere opportune de benignitate apostolica dignaremur.

Concessio facta juxta preces.

§. 8. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac singulares eorum personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati; fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut constituto tibi de prænarratis, ac postquam diligenti, ac maturo cunctarum rerum examine satius id in Domino expedire censueris, eisdem exponentibus, eidemque congregationi auctoritate Nostra apostolica pro tua prudentia gratis indulgeas juxta petita, ac super memoratis literis Benedicti prædecessoris opportune dispenses.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus eisdem literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima julii millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXIV.

Dat. die
6 augusti
1805
anno VI.

Concessio novarum vestium, et insignium pro canonicis, et dignitatibus capituli sanctæ Victoriæ Firmanæ diocesis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **C**um sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici matricis, et insignis, ut asseritur, collegiatae ecclesiæ oppidi s. Victoriæ Firmanæ diocesis, in qua prior, et octo adhuc canonici existunt, tresque aliæ canonicæ præbendæ, totidemque beneficia apostolica Nostra auctoritate erunt quamprimum erigendæ, et instituendæ, collegiata ipsa antiquitatis laude, templi majestate, et nitore, patrimonii amplitudine, sacrarum suppellectilium copia, sacerdotum numero, probitate, et scientia, populique frequentia perexcellat, non parum splendoris, et ornamentum ad ipsam accederet, et divinus in ea cultus, populique devotio maiora susciperet incrementa, si ejusdem collegiatae dignitas, canonici, et beneficiati novis prærogativis, novisque decorationibus donentur; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere; et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio præsentium.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum hanc serie absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus priori, et canonicis, etiam illis tribus aliis, ut supra, addendis dictæ collegiatae ecclesiæ, ut ipsi loco almutiarum, et cottarum, quas adhuc gestare consueverunt, rochetum et cappam magnam violaceam vulgo *di saja pavonazza* nuncupatam cum tela serica ante pectus

Tenor concessionis.

cremisini coloris hyemali, æstivo autem tempore cottam super rocchetum, beneficiati vero, seu præbendati, etiam alii tres, ut supra instituendi, cottam, et cappam magnam cineraceam, vulgo = *di color bigio* = nuncupat. hyemali, æstivo vero tempore cottam tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis functionibus, et actibus publicis quibuscumque, non tamen in synodalibus conventibus quoad cappam, et cottam tam supra rochetum gestare, illisque respective uti libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Divisio præbendarum Porfiri, et Savini nuncupatarum.

§. 3. Quoniam vero iidem canonici ad Dei cultum augendum tres beneficiales præbendas Porfiri, et Savini satis amplis redditibus provisas, ac de jure patronatus ejusdem capituli dividi, atque duplicari summopere desiderant, Nos prohibentes interim, ne moderni earundem præbendarum possessores eas vacare contigerit, in duas dividi, atque in totum ad sex præbendas extendi, et multiplicari, divisim etiam inter novos præbendatos pro æquali reddituum inter ipsos distributione oneribus fundationis, ita tamen, ut choro tres pro qualibet hebdomada, omnesque diebus festis, ac toto adventus, et quadragesimæ tempore quotidie omnino interesse, missasque conventuales canere, et canonicis celebrantibus in munere diaconi et subdiaconi ministrare teneantur. Prohibentes etiam, ne ullo unquam tempore in posterum possint illæ a possessoribus resignari, aut coadjutores fieri absque explicito consensu capituli, et patronorum, alias vacare censeantur eo ipso, ita ut ad novam nominationem rectorum earundem patroni devenire possint, reservata Sedi apostolicæ, vel ordinario, prout de jure, noviter nominati institutione, salvoque semper remanente dicti patronatus jure, ex nunc, prout ex tunc, et quoties quomocumque vacare, ut supra, contigerit, auctoritate et tenore præsentium decernimus, atque mandamus. Itemque, ut postquam alii tres canonici prædicti fuerint realiter instituti, vel præbendæ hujusmodi duplicatæ, aut saltem numerus canonicorum, et præbendarum simul ad tresdecim pervenerit, ut canonici et præbendati hujusmodi,

alternatim qualibet hebdomada a prædicta ecclesia abesse, exceptis tamen adventus, quadragesimæ, octavæ Corporis Christi feriis, nec non consecrationis ipsius ecclesiæ, et singulis festis de præcepto, in quibus omnes, et singuli choro interesse teneantur, abrogatis in perpetuum duobus mensibus absentia a sacro concilio Tridentino concessis, eadem auctoritate statuimus.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictisque in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab omnibus ad quos spectat et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari, dictosque dignitatem, canonicos, beneficiatos, seu præbendatos desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritam, et inane si secus a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictæ collegiatæ ecclesiæ, et præbendarum hujusmodi institutionibus, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta augusti millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostro anno sexto.

Derogatio contrariorum.